



Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem Sancti Thomæ Tomvs ...

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Disp. CLVII. Quæ harum propositionum, Deus generat, Deus non generat,
sit vera, & quæ sit falsa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

sita in obliquo. Et quia spiritus per se procedit à patre & filio, ut à duobus spiratibus, quia est mutus amor, ideo concretum spiratoris cōnotabit duo supposita, non hoc, aut illud particulare. Quare si in aliis duabus esset personis eadem numero natura & proprietates, idem omnino esset spirator: quia concretum hoc, visus significationis, non exprimit hanc, vel illam personam: cum hoc tamen dicendum est paternitatem & filiationem per se spectare ad productionem Spiritus sancti, quia sunt per se obiecta talis dilectionis, qua procedit Spiritus sanctus.

CAPVT IV.

Quaratione dicere possumus, Hic Deus est hic Deus.

*Quid sentiat
Canariensis
de hac propo-
sitione.*

CAnariensis in 3. par. comment. præsentis art. non bene perfecta significatione huius nominis concreti, Deus, censet hanc propositionem, Hic Deus est hic Deus, nec esse absolute negandam, nec absolute concedendam; sed adhibita distinctione negari, & concedi posse: ne si eam absolute concedamus, adstruere videamur errorem Gentilium asserentium plures Deos, neutem absolute eam negantes, cum Sabellio personas confundere videamur. Nam quidam incaute dicebant esse concedendam, alij vero negandam, ostendendo patrem ex parte subiecti, & filium, vel aliam personam ex parte prædicati. Vel igitur sensus est, inquit Canariensis, Pater qui est Deus, est filius, qui est Deus, & hoc modo putat esse negandam: vel sensus est pater, & filius sunt idem Deus, & sic omnino concedendam esse. Idem sentit de hac propositione, Deus generans est deus genitus. Nam si reddat hunc sensum, Pater, qui generat, est filius, qui est genitus, est falsa propositio: si vero sit sensus, Pater generans & filius genitus sunt idem deus, est vera: idem de hac, Hic spirator est hic spirator, respectu patris & filij; & de hac, Hic homo est hic homo, si una humanitas in tribus esset personis.

*Si pronomen
hic afficiat
concre- tum
Deus, & non
ponatur ap-
positiue, est
vera propo-
sitiō, hic Deus
est hic Deus.*

Ego vero existimo planum esse sensum prædicatæ propositionis, si recte tenemus significatum huius concreti, Deus: cum enim non possit directe significare personam, nisi terminus notionalis ei addatur, erit vera propositio, Hic deus est hic deus, si nomen, Deus, afficiatur pronomine, hic, & non ponatur appositivè, ut grammatici loquuntur. Nam ut supra diximus quemadmodum nomina numeralia sequuntur unitatem, aut multitudinem formæ; eo quod his concretis naturarum substantiis forma solum directe significatur, & ideo ubi est una forma & natura ut in Deo, non possunt coniungi nomina multitudinis, sed singularia: ita etiam pronomen demonstrativum, hic, non potest demonstrare personas (hæ namque non significantur eo nomine, sed cōnotantur) verum demonstrat naturam, & concretum deitatis, quod cum unicum sit, semper vel à parte prædicati, vel à parte subiecti, eundem Deum demonstrat. Erit igitur vera, & non distinguenda, ut Canariensis distinguit, illa propositio, Hic Deus est hic Deus, & falso dicitur, posse demonstrari Patrem ex parte subiecti, filium ex parte prædicati, vel contra: nam si hoc verum esset, & dicere possemus, Hic Deus non est hic Deus, sequeretur esse alium, & alium Deum, ac proinde duos Deos, quorum unus non esset alius. Deinde diceremus, Hi dii sunt pater, & filius,

de quibus deceremus, Hic Deus non est Deus, quæ plane sunt absurda, & contra legittimam vocis significationem.

Hoc tamen dixi esse intelligendum, cum pronomen, hic, afficiat nomen, deus. Nam si deus, appositivè ponatur: ut sit sensus, Hic, qui est Deus, est hic, qui est Deus, neganda esset propositio. si ex parte subiecti demonstraret filium, & ex parte prædicati demonstraret patrem. Hic, enim absolute positum demonstrat suppositum iuxta regulas traditas disput. 155. cap. 6. Deinde nomen, deus, appositivè idem significat, ac si dicas, qui est Deus, hic autem sensus ille factus est, & negans propositio vera: ac si diceremus, filius, qui est Deus, non est pater, qui est Deus. Sed hic sensus non est communis, & ex modo prolatis & positionis punctum discerni debet. Idem omnino sentendum de hac propositione, Hic spirator est spirator: datur enim individuum spiritoris, ut præcedenti cap. dicebamus.

Denique eadem proportionem dicendum est de illa propositione, Deus genitrix est deus generans: aut enim vox, genitus, ponitur appositivè, & est verus sensus enim est, deus, qui est genitus, est deus, qui est generans: cum enim sit unus Deus, qui simul est genitus & generans, recte dicitur, Deus, qui est genitus est Deus, qui est generans: neque enim est alius deus, qui sit genitus, & alius deus, qui sit generans: sit vero non ponitur appositivè, ut illa, genitus, & vox, generans, est falsa propositio: dicuntur illæ voces afficiant terminum, deus, ut faciant supponi pro patre, & filio: termini enim notionales additi essentialibus aliquando faciunt eos supponi pro persona, ut sequenti disput. patet. Sed non eodem modo iudicandum est de hac propositione, Generans deus est genitus deus, quia siue nomen, deus, ponatur appositivè, siue afficiatur vocibus, semper est falsa. Siue enim dicas, generans deus est genitus deus, hoc est, pater est filius: siue generas seu pater, qui est Deus, est genitus, seu filius, qui est Deus, semper est falsa enuntiatio.

At obiciat nobis aliquis Anselm. qui epistolæ de incarnatione verbi cap. 6. docet, cum dicitur, Hic homo, aut, iste homo, iam ostendi personam: licet cum lapsum nomine proprio nominatur, Christus, aut, Petrus: ergo similiter, cum dicitur, Hic deus, iam demonstratur persona ac proinde possemus varias personas hoc nomine ostendere, sicut hoc nomine, hic homo, ut una de aliis non prædicaretur, quemadmodum si diceremus, hic homo, ostendo Petro, non est hic homo, ostendo Ioanne. Respondeo Anselmum illud solum docuisse, ut assignaret discrimen inter nomina universalialia, ut homo, & singularia, ut hic homo: quia universalialia non possunt vltimo modo huius personæ, singularia vero, ut hic homo, cum demonstrant naturam contractam, demonstrant eam in supposito, non quod directe suppositum ostendat.

DISPUTATIO CLVII.

Quæ harum propositionum, Deus generat, Deus non generat, sit vera, & quæ sit falsa.

Quaratione antiquiores Scholastici affirmantem propositionem dicant esse veram. cap. 1.
Propositionem negantem esse veram consentiant dicantur
Nominales. cap. 2.

Verior sententia, quæ assertit prædictas propositiones esse contradictorias, & affirmantem esse veram, negantem vero falsam ab Scholasticis varie probatur. cap. 3.

Eadem sententia optima ratione ostenditur. cap. 4.

Diluantur quedam oppositiones contra hanc suppositionem nominis Deus. cap. 5.

Nomen, Deus, nisi ei aliquid addatur, semper supponitur pro individuo concreto & deitatis. cap. 6.

Quid de hac propositione sentiendum sit, Deus genuit alium Deum. cap. 7.

CAPVT. I.

Qua ratione antiquiores Scholastici affirmantem propositionem dicant esse veram.

Nillus est inter Scholasticos, qui propositionem, Deus generat, dicat non esse veram: tametsi de suppositione nominis Deus, in ea propositione non consentiant. Nam S. Thom. in hoc art. & in 1. d. 4. q. 1. art. 2. Bonau. q. 4. Gabr. q. 1. art. 1. notabili. 6. Gregorius quæst. vnica, Capreol. qu. 1. art. 3. ad 2. & 3. & vlt. Aureoli, & Aureolus qu. 1. & Canariensis in 2. parte comment. huius art. censent nomen, Deus cum absolute ponitur sine aliquo additamento supponi pro essentia Dei intelligitur concretè: cum vero additur terminus notionalis, determinare illud, ut pro persona aliqua supponatur iuxta id, quod terminus postulat. Idem existimant de aliis propositionibus, in quibus actus aliquis notionalis de Deo enuntiatur.

Neque vero S. Thom. in hoc art. in solutione 3. sentit nomen, Deus, semper supponi pro persona, saltem confusè, ut optime notauit Caiet. in hunc articulum in responsione ad dubia circa solutionem 3. solum enim asserit aliquando supponi pro persona, videlicet cum additur terminus notionalis.

Et in solutione 2. respondet, illud argumentum contra eos solum vim habere, qui affirmant, nomen Deus, non posse habere suppositionem naturalem pro persona, quasi dicat, nos concedimus aliquando pro persona supponi: ob id tamen non affirmat semper pro ea supponi. Et in 1. dist. 4. q. 1. art. 2. ait, Nomen, Deus, non tantum importat naturam, sed suppositum indistinctè: & ideo de se habet, quod possit supponere proprie pro persona. Nō dixit, actu semper supponi pro persona, sed posse, eo quod importet confusè suppositum, ut ait ille. Nam quemadmodum præced. disput. notauimus, cum nomen concretum naturæ connotet suppositum vague, recte dicitur nomen naturæ importare suppositum, ac proinde pro eo, non semper, sed aliquando supponi arbitratu S. Thomas. At Capreolus, qui loco allegato putat, propositionem prædictam esse veram, docet etiam nomen, Deus, non tantum distinctè supponi pro persona, cum additur terminus notionalis, ut in ea propositione; verum etiam semper, saltem confusè pro persona supponi, quocumque modo ponatur.

CAPVT. II.

Propositionem negantem esse veram censet Durandus & Nominales.

Circa aliam propositionem, Deus non generat, maior est inter Scholasticos dissensio. Durand. enim in 1. dist. 4. quæst. 2. num. 17. & seq. Aureol. quæst. 1. vt refertur à Capreolo loco citato. Gabr. q. 2. art. 1. cōclus. 2. Greg. qu. vnica versiculo, Sed restat dubium, & Marsil.

in 1. qu. 8. art. 3. ad secundam rationem principalem, affirmant seruata proprietate vocum hanc propositionem, Deus non generat, non minus esse veram, quam affirmantem: sed propter scandalum negandam esse, ne videamur in Deo generationem negare. Primum probat Gabr. quia cum subiectum harum propositionum, quod est Deus, non terminus omnino singularis, sed quadam ratione communis, ideoque non sit idoneum, nec edum in syllogismo expositio, ut disp. 123. cap. 3. prædictum est, & in nulla prædictarum propositionum distribuatur; propositiones non erunt contradictoriæ, nec contrariæ; sed subcontrariæ ut Logici loquuntur: sicut hæc, Homo currit, Homo non currit, quare non est necesse, si affirmans est vera, negantem esse falsam: vtrique enim simul vera esse potest secundum regulas Logicorum: ergo sicut hæc est vera, Homo non currit, vno homine non corrente, etiam si alij currant, quia terminus, homo, communis est & indistincte hūc & illum significat: ita etiam hæc erit vera, Deus non generat, quia terminus, Deus, communis est, hanc & illam personam non distinctè significans, & vna illarum non generat.

Ex hac nominis comunitate colligit Durand. num. 10. non esse idem, præponere negationem propositioni; aut postponere. Nam si præponatur hoc modo, Non Deus generat, est contradictoria affirmantis, ac proinde falsa; sicut si præponetur illi propositioni, Homo currit, redderetur contradictoria affirmantis, ac proinde falsa, si affirmans erat vera, vel contra, cum tamen postposita negatione solum efficiatur subcontraria, & simul vera esse possint: namque plurimum refert præponere, aut postponere negationem, quoties subiectum propositionis non est terminus omnino singularis: si enim sit singularis, perinde est. Quod si terminus, Deus, est omnino singularis, & ideo quæcumque negantur de Deo, negantur etiam de omni persona: atque ideo eo est falsa propositio, Deus non generat: eadem ratione quidquid enuntiatur de hoc termino, dicitur etiam de omni supposito. Quare si hæc est vera, Deus generat, erit etiam vera hæc filius generat, quod est absurdum. Sed ait S. Thom. in 1. sententiarum loco allegato, nomen Deus, est partim singulare, partim commune; & ratione communitatis de suppositis essentialiter enūciatur; & quidquid de suppositis dicitur de ipso etiam Deo affirmatur: ratione vero singularitatis habet, ut negatio & affirmatio de illo contradictorie opponantur & non subcontrarie. Quare si hæc est vera, Deus generat, ut omnes fatentur, hæc debet esse falsa Deus non generat.

Verum contra hanc rationem primo sic arguit Durandus num. 12. Si omnia, quæ dicuntur de personis, dicuntur de Deo, hæc erit vera, Deus non generat, quia non generare dicitur de aliqua persona: tum etiam sicut in propositione, Deus generat, nomen Deus, quod vage connotat personas, restringitur, ut supponatur pro vna persona cui conuenit actus ille notionalis; ita etiam in illa Deus non generat, coarctari poterit, ut supponatur pro illis personis, quibus est proprium non generare.

Secundo idem probat Durandus hoc modo. Quia in eodē Christi supposito sunt diuersæ naturæ, contradictoria vete enuntiantur de illo ratione diuersarum naturarū, dicimus enim, Christus moritur, & non moritur, est mortalis, & immortalis.

Præponere aut postponere negationem in his propositionibus non est idem ex sententia Durand.

Primo arguit Durand. contra D. Thom.

Secundum Durand. argumentum.

5.

mortalis; cum tamen suppositum eius sit omnino indiuiduum, ergo eodem pacto, quia natura singularis & indiuidua dei est in tribus suppositis, ratione diuersorum suppositorum poterunt contradictoria de illa enuntiari, vt, *Generat & non generat*, Contradictoria autem de Christo pronuntiat *Eulgentius lib. 3. ad Trasimundum cap. 6.* in principio his verbis, *Vere passus passioni non subiaceus, morte mortem non sentiens.*

Tertium argumentum.

Tertio sic probatur, Deus idem est, quod habens deitatem; sed hæc duæ propositiones, *Habens deitatem generat. Habens deitatem non generat*, sunt veræ, & solum sunt contradictoriæ, quia aliquid habens deitatem generat, & aliquid non generat: ergo illæ duæ, *Deus generat, Deus non generat*, similiter.

CAPVT III.

Verior sententia, quæ assertit prædictas propositiones esse contradictorias, & affirmantem esse veram, negantem vero falsam ab Scholasticis varie probatur.

6.

Go vero non solum existimo cum omnibus Scholasticis hanc propositionem, *Deus generat*, esse veram: sed etiam cum antiquioribus & grauioribus dico hanc esse falsam, *Deus non generat*. Ita docent *S. Tho. in hoc artic. ad 3. & in 1. distict. 4. q. 1. art. 2. ad 3. Bonau. quæst. 1. ad 3. Capreolus qu. 1. art. 2. Caiet. & recentiores theologi in hunc art. & Canariensis 3. parte comment. dubitat. 2.* Huius tamē propriam rationem reddere, videbitur difficile. Primum Bonau. inquit, nomen, *deus*, esse singulare, & ideo perinde esse præponere negationem dicendo, *Non Deus generat*, & illam postponere dicendo, *Deus non generat*: illa autem propositio, *Non Deus generat*, est manifeste falsa; reuocet enim generationem à Deo in quouis supposito, ac si dicere possemus, *Nullus Deus generat*: ergo & illa erit falsa, *Deus non generat*. Huic tamen rationi obstat videntur, quæ superiori cap. ex Durando adducta sunt ad probandum nomen *deus*, non esse omnino singulare, quibus opus est satisficiamus.

S. Thom.
Bonauent.
Capreol.
Caiet.
Canar.

Alia ratio
probat.
D. Thom.

S. Tho. in hoc art. ad 3. aliam assignat rationem. Atque igitur in illa propositione, *Deus generat*, nomen, *Deus*, coartari ratione termini notionalis adiuncti ex parte prædicati, vt supponatur pro persona patris; in illa vero, *Deus non generat*, nihil addi, ratione cuius similis possit fieri restrictio, vt supponatur pro persona filij. Quocirca significari videtur ea propositione, naturæ diuinæ omnino repugnare, hoc est, in quouis supposito repugnare generationem; eo quod nomen, *Deus*, nulla facta determinatione supponitur pro natura. Quam rationem secutus Caiet. in hoc art. circa solutionem tertij respondens ad 1. & 2. Aureoli docet, nomen, *Deus*, in propositione negante supponi pro concreto indiuiduo deitatis, de quo superiori disp. diximus, id est, quæ esse falsam; qui significat, vt ait *S. Tho.* diuinæ naturæ minime conuenire generationem. Quibus videtur consentire *Capreolus in 1. dist. 4. quæst. 1. art. 2.* inquit enim in propositione negante supponi nomen, *deus*, pro re naturæ confuse, hoc est, pro supposito indistincto. Sed Caietanum plane sequitur *Scotus lib. 5. sumularum 3. parte cap. 1. lectione 4. notatione 3.*

Eadem ratio
ne videtur
Caiet.

7.

Capreol.

Scotus.

Rationem
Caiet. improbat
Canar.

Hanc Caiet. rationem multis improbat Canariensis, ex quibus hoc argumentum videtur efficax. Si nomen, *Deus*, in propositione affirman-

te supponeretur pro persona patris, & negante pro concreto indiuiduo deitatis, sequeretur non esse contradictorias propositiones, *Deus generat, Deus non generat*; eo quod non sunt de eodē, quod videtur absurdum. Et quidem sanctus *Thom. place* asseruit, contradictorias esse, & consensit Bonau. cum dixit, perinde esse præponere negationem, atque illam postponere; eo quod terminus sit omnino singularis: præposita autem negatione vere sit contradictio, aut certe sit contradictoria esset assignanda huic propositioni, *Deus generat*, deberet esse illa, *pater non generat*; quia *Deus* in affirmante supponitur pro patre. Quis autem dicat non posse nos eisdem terminis contradictionem assignare? Aut contradictoriam huius, *Deus generat* necessario esse hanc *Pater non generat*? Aut quis neget, idem omnino esse, præponere, & postponere negationem huic termino, *deus* idem enim significamus, cum dicimus *Non Deus generat, & deus non generat*. Deinde non satis probat Caiet. cur nomen, *Deus*, in affirmante propositione determinetur ratione illius prædicati, generat, vt supponatur pro patre, & in negante non possit determinari à prædicato illō, *Non generat*, vt supponatur pro filio, & Spiritu sancto. Siquidem non minus conuenit soli filio, & Spiritui sancto non generare, quam soli patri generare.

Sed audiamus rationem Caiet. in affirmante (inquit) ideo restringitur nomen *Deus*, ratione illius prædicati, vt supponatur pro solo patre; quia soli patri conuenit generare: at vero, *Non generat*, non soli filio & Spiritui sancto conuenit; sed etiam essentia, atque ideo determinari non potest nomen, *Deus*, à tali prædicato, vt pro filio, & Spiritu sancto solum supponatur. Verum cum non generare solum conueniat essentie abstracte, non autem concrete significare: nam essentia diuina concrete potius dicitur generare, hoc est, *Deus*, seu indiuiduum deitatis, vt infra ex eodem Caietano probabitur; efficitur, vt in ea propositione, *Deus non generat*, prædicatum illud, *non generat*, determinare possit subiectum, *deus*, vt supponatur pro filio & Spiritu sancto, quibus solis conuenit non generare.

Tum etiam prædicatum illud, *Non generat*, conuenit naturæ diuinæ concrete significare, conuenitque propositionem illam esse veram, *Deus non generat*, si subiectum, *Deus* supponatur pro concreto indiuiduo deitatis, cuius oppositum docuit Caiet. vel dicendum est nomen, *deus*, in ea propositione negante nec pro indiuiduo deitatis, nec pro filio & Spiritu sancto, sed pro persona patris supponi; quia pro alio non potest: cur autem dicemus potius pro Patre, quam pro filio, & Spiritu sancto supponi? At hæc cum vere dicimus, *Deus est genitus, Deus est genitus*, si ingenuus accipitur notionaliter pro Patris proprietate, reddenda adhuc ratio est, quare non liceat dicere, *Deus generat, Deus non generat*, cum idem videatur esse generare & non generare, quod genitus & ingenuus.

Demum Canariensis ita interpretatur mentem Doctoris sancti: vt in vtraque propositione non pro persona Patris, sed pro persona filij, & Spiritu sancto, vt in vtraque propositione non sit contra dictio de eodem, in qua affirmantem esse veram, negantem autem sit falsa: colligit autem ex eo, quod in solutione 3. dixit in negante nullum esse terminum, ratione cuius determinari possit nomen.

Deus, ut supponatur pro persona filij: non dixit S. Thom. (inquit Canariensis) pro persona Patris, quia non contendeat excludere nomen, *Deus*, a suppositione pro illa, sed pro sola persona filij. Hoc autem sibi suadet Canariensis, quia negare non possumus duas illas propositiones contradictorias esse, ut fatetur S. Thom. & alij supra allegati: sed in affirmante nomen *Deus*, supponitur pro persona Patris: ergo etiam in negante, quia sunt de eodem subiecto.

Hæc tamen ratio, & doctrina Canariensis mihi non satis probatur: nam licet terminus communis in affirmante, & vera propositione determinari posset, ut pro aliquo singulari supponeretur: ut si diceremus, *aliquis homo currit*, subiectum, homo, determinari posset pro Petro currente: tamen in propositione negante, ut, *homo non currit*, fieri nequit, ut pro eodem singulari, pro quo in affirmante supponebatur, determinetur: qui enim dicit, homo non currit, non determinat eum, qui currit; sed vage hunc, aut alium; ergo similiter quamvis terminus, *Deus*, quodammodo communis personis in affirmante determinaretur pro Patre generante, addito illo prædicato: fieri tamen non potest ut in negante pro eodem determinetur, sed ex se indefinitim ponatur pro Patre, vel alia persona. Et sane hanc interpretationem, quam adhibet Canariensis, textui S. Thom. non esse secundum illius mentem, inferius apparebit.

CAPUT IV.

Ad eam sententiam optima ratione ostenditur.

10. Ceterum, ut ostendamus tam veritatem illius propositionis, *Deus generat*, quam falsitatem illius, *Deus non generat*, prius videndum est, pro quo supponatur nomen, *Deus*, in utraque propositione, & ad id definitio suppositionis præmittenda. Est autem suppositio, ut Petrus Hispanus in summulis tradit acceptio termini pro aliquo, de quo vera est propositio. Alij Logici sic definiunt, supponi terminum in propositione pro re aliqua nihil aliud est, quam terminum poni in propositione, & rem, quam significat, esse, sicut propositionis copula denotat. Nam si terminus ponatur pro re, quæ non est, dicunt vere non supponi: quare multi Logici putant in hac propositione, *homo disputat*, disputante Petro subiectum, *homo*, supponi pro Petro, ratione cuius vera est enuntiatio. Et hoc pacto docent latius patere significationem nominis, quam suppositio: quia significatio omnia comprehendit, quæ ipsa voce iuxta suam impositionem denotari consueverunt: at suppositio est determinata significatio pro eare duntaxat, ratione cuius enuntiatio est vera.

11. Verum cum hæc sit natura vocum, ut conceptibus & rebus substituantur, existimo nihil aliud esse suppositionem nominis, quam subrogationem illius loco rei: hæc autem idem est, quod significatio, ut enim præsentem rem faciamus audienti, quam mente concipimus, vocem supponimus. Quare mea quidem sententia, ita late patet significatio nominis, imo idem omnino est, atque suppositio. Quo fit, ut in prædicta propositione, *homo disputat*, solo Petro disputante, non pro Petro, sed pro conceptu hominis vage & indefinitim supponatur. Nam quamvis in solo Petro vera sit pro-

positio, ipsa tamen vox æque ipsum, atque alium significat, & de hoc homine vel illo indiscriminatim id enunciat, cum tamen ad illius veritatem propositionis sufficiat Petrum disputare.

Ex hac notatione facile colligitur, pro quo nomen, *Deus*, in utraque illa propositione supponatur: pro eo namque supponitur, quod significat: cumque nomen, *Deus*, ex se sign. f. c. concretum individuum deitatis, sicut explicatum est dispositione præcedenti, illudque sit ipsa divina natura directe significata cum connotatione personæ indefinitæ & uniuersim sit, ut in illis duabus propositionibus nomen, *Deus*, supponatur pro illo individuo directe, connotando personam confusè. Quare de illo affirmare generationem, erit verum: negare autem, erit falsum; & in hac affirmatione & negatione vere erit contradictio. Hoc pacto non est necesse asserere nomen, *Deus*, in affirmante propositione supponi pro persona Patris, sed pro concreto, connotata aliqua persona vage: tamen ratione vnus determinatur, scilicet Patris, vera reddatur propositio. Quare autem negans sit falsa, nomine illo, *Deus*, supposito pro concreto illo, paulo post dicemus.

12. Hæc nostra sententia est, Scoti in 1. dist. 7. qu. 1. S. Scot. quia autem: ubi asserit, nomen, *Deus*, in affirmante propositione supponi pro individuo illo concreto deitatis. Concordat enim Caiet. in art. seq. circa solutionem 3. cum ait, posse supponi nomen, *Deus*, hoc modo in affirmante propositione; tamen si etiam dicat posse supponi pro persona Patris: sed hoc posteriori modo absque dubio non accipit Caiet. suppositionem pro tota significatione nominis absolute, sed pro ea parte solum, quæ vera redditur propositio, quod non negamus; nec dissentit S. Tho. locis allegatis: nam in hoc art. in solutione 3. ideo asserit, hanc propositionem esse falsam, *Deus non generat*, quia negatione illa remouet generationem à diuina natura in quacunque persona: quod alia ratione verum non est, nisi quia *Deus* concrete, connotat personas vage, & directe significat naturam. Quare qui Deo negat generationem, diuinæ naturæ, in quavis persona eam negat. Neque obstat quod ait de eodem nomine, *Deus*, in corpore articuli, in affirmante propositione supponi pro Patre, accipit enim suppositionem hoc loco non pro tota nominis significatione, sed pro ea parte, quæ redditur vera propositio. Si vero de significatione esset sermo, non negaret sanctus Doctor, idem significare hoc nomen in affirmante, quod in negante propositione, naturam videlicet diuinam concrete connotando personas indefinitas. Cum enim concedat eas esse contradictorias propositiones, fateatur necesse est, in utraq; nomen, *Deus*, id significare: alioquin non esset de eodem affirmatio & negatio; quæ nec illarum propositiones contradictorias vim habere possent. Idem existimo de Bonau. & aliis allegatis in 1. cap. cum asserunt, in propositione, ubi prædicatur terminus notionalis, nomen, *Deus*, supponi pro persona. Cum quibus sentit author commentarij in lib. Boethij de Trinitate. apud Bedam in 8. to. columna 1115. loquitur enim de suppositione nominis pro ea parte duntaxat, quæ redditur vera propositio, cum tamen propositio latius pateat.

13. Iam vero duplici ratione probatur, quarum altera est, aut nomen *Deus*, ex hac sua impositione significat naturam in supposito, directe quidem natu-

Coment.
Boethij. de
Trinitate.

naturam, indirecte verò connotato supposito; & ita in utraque supponitur pro indiuiduo concreto deitatis: est enim hoc indiuiduum natura in supposito, quod nos concedimus: aut significat idem, quod *habens deitatem*, ut ita directe denotet personam confuse & indefinite, non hunc vel illam determinate: & hoc esse non potest, primum quia perinde esset dicere, *deus genuit Deum*, atque dicere, *habens deitatem genuit habentem deitatem*: quare sicut liceret dicere, *habens deitatem genuit alium habentem deitatem*, liceret etiam dicere, *deus genuit alium Deum*, quod est absurdum.

15. Tum etiam illa propositio, *Deus non generat*, esset vera, ut Durandus & Nominales concedunt: quia redderet hunc sensum, *habens deitatem non generat*, quæ cum sit indefinita, sicut hæc, *aliquid habens deitatem non generat*: & hæc sit vera, erit quoque ipsa vera. Demum illæ non essent contradictoriae, *Deus generat*, *Deus non generat*, sed affirmanti hæc debere assignari contradictoria, *Nullus Deus generat*, veluti si diceremus, *nullus habens deitatem generat*, quod est absurdum. Nam, ut ait Caietan. termino, *Deus*, addere particulam, *nullus*, blasphemum est.

Aut supponitur nomen, *Deus*, pro persona patris ex parte subiecti, cum dicimus, *Deus generat Deum*, ratione illius prædicati generat, quia solus Pater est, qui generat: & eadem ratione, *deus*, ex parte prædicati supponi debet pro filio, quia solus est, qui gignitur. Cum ergo filius sit alius à Patre, dicere etiam possemus *Deus genuit alium Deum*. Adde quod prædicatum in propositione non potest determinare nomen, quod est ex parte subiecti, ut supponatur pro eo tantum, de quo vera est enuntiatio, ut proxime dicebamus: nam si Petro solo disputante quis dicat, *homo disputat*, non supponitur vox, *homo*, pro solo Petro. Cum igitur non solum non possumus dicere, *Deus genuit alium Deum*, sed etiam dicere debeamus, *Deus genuit eundem Deum*, sit, ut nomen, *Deus*, tam ex parte subiecti, quam ex parte prædicati pro concreto deitatis in affirmante propositione supponatur.

16. Altera ratio est huiusmodi, propositio illa, *Deus non generat*, non potest esse vera, quia idem est, ac si dicas, *Deus intra se non habet filium*, quod est absurdum: ergo nomen *Deus*, in ea propositione negante non potest supponi pro habente deitatem: nec enim esset vera, ut paulo ante dicebamus; nec naturæ diuinæ generatio, nec Deo filius omnino negaretur, sed aliqui habenti deitatem, hoc est, alicui personæ: nec potest supponi pro Patre, ut manifestum est, & omnes concedunt: nec pro Filio & Spiritu sancto, ut docet S. Thom. in hac arte. ad 3. & supra contra Canariensem ostendimus: ergo supponitur pro indiuiduo concreto deitatis, cui negare generationem perinde est, ac diuinæ naturæ in quavis persona illam denegare, ut statim patebit: ergo si in propositione negante supponitur pro hoc indiuiduo, superest, ut in affirmante quoque supponatur: sunt enim veræ contradictoriae, atque adeo debent esse de eodem subiecto: frustra igitur diceremus in negante pro indiuiduo deitatis, & in affirmante pro Patre supponi.

Diluantur quædam oppositiones contra hanc suppositionem nominis Deus.

Doctrina præcedens, & confirmationes illius magis peripiciuntur sicut solutione quorundam obiectionum, quæ contra fieri solent, obiecterque argumenta Durandi, & Nominalium secundum do cap. adducta diluuntur. Prima est, si vera est hæc propositio, *Deus generat*, quia aliqua persona generat ex iis, quas confuse nomen hoc concretum connotat: eadem ratione vera erit illa, *Deus non generat*, ex eo quod aliqua persona ex connotatis non generat. Siquidem ad veritatem propositionis particularis tam negatis, quam affirmatis, satis est una singularis vera, ut ita sensus sit, *Deus in aliqua persona non generat*, sicut sensus affirmantis est, *Deus in aliqua persona generat*.

Respondeo directum significatum nominis *Deus*, non est personas, sed naturam: personam autem ab eo indirecte, & indistincte connotat præcedenti cap. dicebamus. Quocirca nomen hoc ratione directi significati singularissimum est: ratione vero connotati quandam habet communitatem: cumque signum vniuersale, & particulare, ut *omnis*, *nullus*, *aliquis*, afficiat directum significatum nominis; sit, ut huic termino *Deus*, aliquid signum ex his non possit adungi, hæc enim solum afficere possunt voces communes ratione directi significati; eo quod, cum adduntur nomini, modificantur directum significatum illius sicut de pronomine demonstratiuo disp. præced. cap. videtur: ita ut dicere non possumus, *Nullus Deus*, *omnis Deus*, *aliquis Deus*, sic enim denotamus, plures esse Deos directe significatos eo nomine: at vero connotatis addere possumus aliqua quæcunque: dicere enim possumus, *Deus in aliqua persona generat*. In omni persona non generat, &c. quæ ex parte connotati est aliqua communis.

Hinc sequitur, ad veritatem illius propositionis affirmantis, *Deus generat*, satis esse, si distinctura in una persona generet: ut enim propositio affirmans de aliquo subiecto singulari sit vera, satis est, aliquo modo prædicatum ei conuenire, ut cum dicimus, *Petrus disputat*, aut *ambulat*, ut vera sit propositio, sufficit Petrum in aliquo loco disputare, aut ambulare, cum nullum sit signum distributivum pro omni loco: ad veritatem tamen illius negantis, *Deus non generat*, necesse est, Deum in nulla persona generare: particula enim negatiua, *non*, vim habet distribuendi. Et licet postposita termino communi non afficiat illum, nec distribuatur, sed tantum voces, quibus præponitur postposita tamē termino singulari, qualis est *Deus*, distribuit connotata illius, & negat prædicatum omni modo & ratione: quia terminus singularis est, non recipit aliquam diuisionem, sicut communis. Quare qui dicit, *Deus non generat*, ita non Deo negant generationem, ut ei omnino, ac proinde in omni persona eam neget. Sicut qui dicit, *Petrus non ambulat*, aut *non disputat*, significat in eodem loco aut tempore disputare, aut ambulare: ita igitur afficit prædicatum, ut omnino à subiecto illud remoueat. Nam si Deo in aliqua persona conuenit generare, quomodo verum erit non generare?

Hinc sequitur, hunc syllogismum non esse legitimum, *Filius non est Pater, Filius est Deus ergo Deus non est Pater*.

non est pater: conclusio enim hæc. *Deus non est pater*, est vniuersalis ex parte connotati huius nominis, *Deus*, & terminus, *Deus*, ratione connotati quodammodo distribuitur; facit enim hunc sensum, *Deus in nulla persona est pater*, & tamen idem terminus, *Deus*, nullo modo in antecedenti distribuebatur: nam in minori, *Filius est Deus*, terminus *Deus*, non distribuitur ratione sui, vt patet, nec ratione connotati; nec enim sensus est, in quavis persona est *Deus*, sed in aliqua. Similis syllogismus est hic, *Filius non generat*, *Filius est Deus*: ergo *Deus non generat*, & eundem habet defectum.

Ex dictis quoque prius Durandi argumentum facile dissoluitur. Respondeo igitur has duas propositiones, *Deus generat*, *Deus non generat*, non esse subcontrarias: sicut has *homo disputat*, *homo non disputat*, sed vere contradictorias, eo quod terminus, *Deus*, singularis est secundum directum significatum, & particula, *non*, negat prædicatum omnino & secundum omne connotatum: at vero nomen, *homo*, commune est, & ideo illæ propositiones huius vocis subcontrariae sunt. Atque eadem ratione, cum terminus, *Deus*, sit singularis ratione directi significati, idem est (vt notauit Bonau. c. 3. allegatus) præponere illi negationem, aut postponere: vtroque enim modo prædicatum negatur de subiecto omni modo, quia de toto illo negatur, quod singulare sit, cuius oppositum continebat Durandus in eodem primo argumento.

Doctrina hæc vnicui exemplo, quo aduersus nos vitur Durandus recte explicatur; & in ipsi argumentum apte retorquetur. Nam nomen, *Christus*, quod secundum sententiam Durandi, & communem Theologorum, quam tradidisse videtur Damasc. 3. de fide c. 3. & Nicet. 3. lib. thesauri cap. 3. est nomen personæ connotans duas in ea naturas; cuius ratione vnus moriatur, ratione alterius non moriatur, sicut *Deus* in vna persona generat, in alia non generat. dicimus vere, *Christus mortuus est*, non tamen est verum asserere, *Christus mortuus non est*: quia qui de Christo negat absolute mortem, negat in quavis natura; eo quod, cum sit terminus singularis, qui de eo negat mortem, omni modo negat: tamen, qui de eo mortem affirmat, illam solum tribuat ei in aliqua natura.

Quod si velit aliquis nomen, *Christus*, non esse suppositum, sed directe significare naturam humanam vnitam Deitati, & connotare personam verbi, Christus enim idem est quod vnctus; vnctus autem naturam sanctificatam & vnitam significat (quæ sententia colligitur ex Concilio Francfordiensi in libro sacrosyllabo ante medium & ex Athanasio in oratione contra Arianos post quartum sermonem, & Fulgent. 3. lib. ad Trasimandum cap. 6.) accipiamus nomen, *Filius Dei*, quod absque controuersia est nomen suppositum: de hoc sane vere dicere possumus, mortuus est; at vero eum mortuum esse, negare non licet, ob rationem dictam: ergo recte Durand. gladio suo singulare possumus.

Vtrum enimvero sicut de Christo, vt est nomen suppositum, vere enuntiamus contraria prædicata: dicimus enim; est passibilis & impassibilis; est mortalis & immortalis: sic etiā de Deo asserere possemus; est genitus & ingenuitus: genitus & genitor; spirans & procedens. Hæc enim contraria prædicata eidem supposito singulari recte conueniunt ratione diuersorum, quæ connotantur eodem nomine aut ratione naturarum in Christo.

Vasquez in 1. p. rom. 2.

aut personarum in Deo. Nomen autem *ingenuitus* sumimus pro nozione Patris contrariè, non pro negatione generationis contradictoriè. Hoc modo videtur locutus Fulgentius allegatus c. 2. in secundo argumento, cum de Christo ait *passus passionem non sentiens*: hæc enim duo accepit sicut contraria prædicata, quæ eidem Christo conueniunt, non sicut contradictoria.

Et hinc etiam diluitur posterius argumentum Durandi, quod in 2. c. attulimus. Obseruandum vero est, quamuis veræ sint hæc præpositiones, *Pater est ingenuitus*, & *non genitus*, *filius est non generans*, *Spiritus sanctus est non spirans*: & licet notionalia, quæ dicuntur de personis, dicantur etiam de concreto deitatis, vt statim videbimus: tamen has propositiones, *Deus est non genitus*, *Deus est non generans*, *Deus est non spirans*, non esse absolute concedendas. Videntur enim æquialere negatiuis propositionibus, & illarum sensum red. ere, eo quod participium illud, in quod resoluitur verbum adiectiuium, est negatum; atque perinde est, ac si verbum negaretur. Reddit igitur hunc sensum, *Deus non generatur*, *Deus non generat*, *Deus non spirat*, qui plane falsus est.

Præterea arguit Canarien. in 3. parte commentarii contra Caiet. quod dixerit, veram etiam esse hanc propositionem, *Deus generat*, pro indiuiduo deitatis, & acriter ipsum reprehendit. Primum quia si in hac propositione, *Deus generat Deum*, supponitur nomen, *Deus*, pro indiuiduo concreto deitatis, *Deus* habet principium, à quo procedat: aut ergo hoc principium dicetur Pater, & hoc est: non potest, quia essentialia sunt priora notionalibus, ac proinde hic *Deus* prior est Patre: ergo Pater nequit esse principium Dei, & eadem ratio probat de filio. Aut est aliud principium Dei præter Patrem & Filium, & hoc est absurdum; quia in Deo, præter Patrem & Filium, non est aliud principium. Deinde si *Deus*, vt est indiuiduum deitatis, est à Patre, aut à Filio, distinguere debet realiter ab eis: si autem est à Deo, distinguere debet realiter à Deo, ac proinde vel *Deus* erit distinctus realiter à personis, vel *Deus* à Deo: quæ duo plane sunt absurdæ alterum, quia distinguit personas realiter ab essentialia contra ea quæ diximus disput. 120. cap. 7. & 4. alterum, quia ponit duos Deos realiter distinctos, quorum alter sit principium alterius. Postremo, si *Deus*, vt est concretum deitatis, dicitur generare quævis persona dicitur generare: quævis namque persona est *Deus*.

Hæc tamen omnia, quæ Canariensis obiicit, leuiora multo sunt, quam ipse putauit. Pro eorum tamen solutione nota primum cum dicimus, indiuiduum concretum deitatis, quod vocatur *Deus* esse abstractum à personalitatibus, non intelligimus re ipsa esse abstractum, sed nostra solum consideratione, sicut homo ab hac & illa hominis indiuiduatione sola ratione separatur: quia sicut intelligimus hominem non intellecto hoc aut illo: sic etiam intelligimus Deum, non intellecto hac aut illa persona. Deinde observa, ea, quæ re ipsa sunt, & conueniunt singularibus vt petro & Ioanni, scilicet generare & ambulare, vere enuntiare de comuni, vt de homine, quem à singularibus abstractum consideramus. Nam si Petrus ambulat, vere dicimus, homo ambulat, non quod re ipsa actio oritur ab homine in vniuersum, nam actiones & passionēs, vt dixit Aristot. lib. 1. meta. cap. 1. circa singularia re

Quidam etiam Caiet. obiicit Canarien.

Indiuiduum deitatis solum per nostram considerationem abstractum à personalitatibus.

23.

Z

ipsa

ipsa versantur, & à singularibus sunt; sed quia consideratione nostra conceptibus illis communibus tribuimus, quæ re ipsa singularibus conveniunt: sic enim individuo deitatis à personis abstracto cōsideratione nostra tribuimus productiones generationis & spirationis, quæ re ipsa non sunt, nisi à personis; vt autem consideratione nostra de Deo sic abstracto recte dicantur satis est, eas esse à personis, quæ vere sunt deus, sicut ex eo, quod Petrus generat, qui est homo, vere dicimus, homo generat.

24.
Respondetur
Canar. obie-
ctionibus.

Hinc fit primo, vt non fit alia proceſſio, qua dicimus, Deum eſſe de Deo, ab ea, qua filius eſt à Patre, & Spiritus ſanctus ab vtroque. Secundo conſequitur, non eſſe in Deo aliud principium ſecundum rem, præter Patrem & Filium; Deus enim non eſt diſtinctum principium ab his duobus; ſed ratio principij, quæ his re ipſa conuenit, prædicatione tribuitur Deo eadem ratione, qua diximus, quemadmodum, cum dicimus, Petrus ambulat, & homo ambulat, non duo principia, ſed vnum ſignificamus, quod tam de ſingulari, quam de conceptu communi prædicamus.

Quando d
cimus Deus
genit Deum
non opus est
Deum abstr
ctum reali
distingui à
Deo abstra
cto.

Tertio colligitur, etiamſi dicamus, *Deus genuit Deum*, non opus eſt diſtingui realiter Deum abſtractum à perſonalitatis à Deo eodem modo abſtracto, ſed ſatis eſt ſi diſtinguatur perſona, nempe perſona generans à genita. Sicut cum dicimus, *homo, genuit hominem*, non eſt necelle diſtingui hominem abſtractum ab homine abſtracto, ſed ſatis eſt, diſtingui Petrum à Ioane. Similiter, cum dicimus, *deus genuit Filium*, vel *Patrem genuit deum*, non oportet diſtingui Deum à Filio, vel Patrem à Deo, ſicut cum dicimus, *Petrus genuit hominem*, vel, *homo genuit Ioannem*, ſufficit, ſingularia indiuidua veſuppoſita, quibus conueniat actio & paſſio, diſtingui que realiter.

25.
Deo conue
generare n
tione perso
cui conuen
tur nō r
ne nuda es
sentia.

Quarto denique non fequitur, fi Deus generat
quolibet etiam perfonam generare, licet quali-
bet fi Deus, quia Deus conuenit generare ratione
vnius perfonæ cui coniungitur, non ratione nu-
mæ effentia. Quæ re recte inferitur, Pater generat
& Pater eft Deus, ergo Deus generat, ficut, Io-
annes generat, & Ioannes eft homo, ergo homo
generat. Eodem pacto non fequitur, Deus gene-
rat, ergo quævis perfona, quæ eft Deus generat
vt enim dicamus vere, *Deus generat*, fatis eft, fi vn-
perfonæ, quæ eft Deus, generet, quia quod conue-
nit Deo ratione vnius connotati, non conuenit
aliis connotatis, & hinc manet foluta obiecti
Canarienfis. An vero cum partiẽ, in quantum
vel fecundum quod ipfum, dici poffit, *Deus generat*, v-
debitus art. 6.

Tertium argumentum, quod c. 2. pro Durand
allatum est, facile dissolvitur ex dictis in cap. 4. v.
probauimus non significare idem nomen dei
quod habens Deitatem.

CAPVT VI.

Nomen, DEVS, nisi ei aliquid addatur, semper supponitur pro individuo concreto DEstatu.

EX precedenti doctrina duo licet colligi
quæ in hoc c. & sequenti tractanda sunt. Vt
est, nomen, *deus*, quod ei non additur terminus
notionalis, ea parte qua ponitur, semper supponit
pro indiuiduo concreto Deitatis. Dixi *ea parte*
qua ponitur: nam si nomen, *deus*, ponatur ex parte

subiecti, & terminus notionalis ex parte prædicati, vt cum dicimus, *Deus generat filium*; vel contra nomen, *Deus*, ex parte prædicati, & terminus notionalis ex parte subiecti, vt cum dicimus, *Pater generat Deum*, non potest coartari, vt supponitur pro persona; sed manet in tota sua significatione indiuidui concreti Deitatis. Et quoniam in hac propositione, *Pater generat Deum*, ex parte prædicati fit terminus generans, & cum idem regulas Logicorum, qui verba adiectiua per participia exponunt hoc modo, *Pater est generans Deus*, tamen, quia terminus notionalis generans, non allicet nomen *Deus*, sed solum respectu vocem, *Pater*, idem non determinat nomen *Deus*, vt supponatur filio: ergo necesse est, vt particula notionalis, quæ ponitur ex eadem parte, quæ ponitur nomen, non sufficiat illi, & (sicut aiunt Logici) fit illius synonymum, vt eodem modo possit esse suppositum & significatio. Quare cum dicimus, *Deus generat filium*, *Deus* ponitur pro parte ratione in categorizatis generans: eodem modo in hac propositione, *Deus generat non est Deus generans*, nam si poneretur per indiuiduum concreto deitatis, hæc propositio esset falsa: Pater enim & filius sunt verbi & idem *Deus*, atqui verba est talis propositio: ergo in ea non supponitur pro illo indiuiduo. Hoc eodem modo verba communes, vt, *homo*, addita aliqua particula exprimentem proprietatem, aut officium aliquod indiuidui, determinatur pro aliquo singulari.

Est tamen notanda differentia inter nomen
Deus, & nomina communia, vt homo, quia licet
datur pronomen demonstratiuum, non designat
personam, sed perinde est, ac si non adderetur
quia, dicebamus disputatione precedenti
4. pronomen demonstratiuum solum ostendit
rectum significatum nominis, cumque dicitur
significatum nominis, Deus, hic fingatur commune
pronome illo coactari nequit : at vero voca-
communes vt homo, cum significet naturam co-
muniter, addito illo pronome relatiuius
vt pro aliquo indiuiduo nata & supponitur. Quia
vero nomen Deus, hic bet quendam communem
ex parte connotati, respectu proprietatum per-
sonalium ideo aliquo termino notationali addito
terminari potest. vt pro aliqua persona supponi-
tur. Quare deceptus est, Canariensis hic bene
dubitat, cum alerit, nomen, Deus, determinari
posse pro persona addito pronome illo demonstra-
tatiui: vt cum dicimus, hic Deus ostendo personam
generat hunc Deum, ostendo de huius. Lam enim
capit. 4o probatur est, non possesse ostendere
hunc Deum, & illum Deum, quia alium a pro-
prio Deus supponitur pro concreto in diuinitate
tatis: luppouitur autem pro eo in illa propositione
ne, Deus genuit Deum.

Deinde iuxta eandem doctrinam in hac po-
sitione, Deus est deus, nomen Deum, supposito
pro eodem concreto dicitur: nam vt cap. præc.
denti probauimus, vt Deus dicatur generat
pprio nomine deus, pro indiuiduo illo concre-
to, non est necesse distingui Deum de Deo, sed
indiuiduum concretum ab indiuiduo concreto
sed de eodem vere dicimus, generat & generatur,
quare de eodem Deo dicere licet, deum de deo,
men de lumine. Quisdam vero exultant in symbo-
lo sancti dei, deum de Deo, ratione vocis notationis
quæ ad Jitir: statim enim subsequitur genitum non
factū, quasi sensus sit, deum de deo genitum non
factū.

atque Deus penitus pro persona supponitur, ut paulo antea dicebamus.

Verum in symbolo vox, *genitum*, per se posita videtur, ut de filio hac tria distincta confiteamur, primo esse Deum de Deo; secundo, esse genitum, tertio, non esse factum. Nam sine voce, *genitum*, filium appellare solet Ecclesia Deum de Deo, & similia. Sic enim in Breuiario Romano in festo sancti Laurentij in prima antiphona secundi nocturni ad matutinum dicitur, *Beatus Laurentius orabat dicens, Deus de Deo, miserere mihi seruo tuo*, & Ioannes Maxentius in confessione catholica fidei versus medium, *que est in 5. tomo Biblioth. sacre*, ut probet Christum dici posse vnum ex Trinitate absque deitatis diuisione, ita ait, *Quod si Deum ex Deo dicere, diuisionem non facit diuinitatis, presertim cum vna sit diuinitas Trinitatis, multo magis vnum ex Trinitate dicere diuisionem facit Trinitatis*, docuit igitur id, quod proxime dicebamus nimirum non esse necessariam diuisionem deitatis: ut dicatur Deus de Deo, quasi sit alius à quo, & alius qui ab alio: de eodem enim Deo dicimus, *Deus de Deo*.

Quinimo etiam nominibus essentialibus abstractis Ecclesia solet explicare hanc originem vnius personæ ab alia absque vlla diuisione deitatis, & proprietatis essentialis: ut inde manifestum sit non tantum ratione termini notionalis adiuncti, sed etiam absolute posse dici Deum de Deo. Nam in hymno ad matutinum ferie tertiæ idem Breuiarium sic habet, *consors paterni luminis, lux ipsæ, lux & dies*, ubi filium appellat lucem lucis, id est, lucem de luce, sicut in symbolo lumen de lumine. Et iterum in hymno ad laudes secundæ ferie, *lux lucis & fons luminis*. Accedit Gregorius Nyssenus, qui in opusculo de differentia nature & hypostasis, non longius à fine, ita scribit, *& ob id non est dicendum, aliam esse gloriam patris, aliam filij: quoniam non dixit Apostolus, qui cum sit gloria de gloria (quantum veritas ita se habet) ergo concedit filium secundum veritatem esse gloriam de gloria*. Et Augustinus, 15. de Trinitate, cap. 14. filium vocat lumen de lumine, sapientiam de sapientia, essentiam de essentia, nullo alio termino notionali addito: non quia sit duplex sapientia, & essentia, & vna sit ab alia; sed quia sit vna persona, quæ essentiam, & sapientiam ab alia habet, & quia quævis persona diuina dicitur sapientia & essentia, ideo dicitur filius sapientia de sapientia: essentia de essentia. Denique, cum Concilia, & Patres commemorati disp. 139. cap. 3. Patrem appellent fontem deitatis, quid mirum, si deitatis de deitate, & Deus de Deo, nullo addito syncategoremate notionali, ab eis dicitur? In eundem sensum locum essentiam voluntas diuina genuit voluntatem, ostendimus infra art. 5.

Denique, cum dixit Paulus Regi autem seculorum *Deum*, multo melius pro indiuiduo concreto deitatis supponitur, cum nullus terminus notionalis ibi aliquo modo addatur. Ceterum, cum S. Th. deus, pro tribus personis simul, sic debet intelligi, non quia nomen, *Deus*, eo loco proxime significet tres personas, sed quia concretum deitatis, pro quo proxime supponitur, est commune tribus personis, & de illis vere dicitur, quidquid de indiuiduo illo prædicatur. Additur autem vox illa, *soli*, ut asquez, in 1. p. Tom. 2.

non ut significemus Deum solitariū esse, aut solū, ut verum Deum, & immortalem ab aliis falsis & moralibus separemus, & illi, non aliis gloria deferamus, iuxta ea, quæ notauimus disp. 13. 1. c. 4. Miror tamen, cur S. Th. dixerit in ea propositione, *Deus creat*, nomen, *Deus*, supponi pro natura, hoc est, pro indiuiduo Deitatis, & non pro personis: siquidem etiam personæ vere dicuntur creare, nam quod additur particula, *soli*, quæ nō excludit personas diuinas, parum refert. Eodem namque modo supponi videtur, *Deus*, in hac propositione *soli Deus creat*, & in hac, *Deus, creat*: & vox, *soli*, non excludit personas. In ea etiam propositione, *Deus spirat*, *Deus* supponit pro concreto deitatis propter eandem rationem. Sed quia spiratio per se provenit à duobus suppositis iuxta notata in disput. 150. cap. 2. ideo dixit S. Th. supponi nomen, *Deus*, in ea propositione pro personis. Quod alia ratione dicere potuit, quam de illa propositione, *soli Deo honor & gloria*: accipit enim suppositionem S. Th. pro ea parte significationis, ratione cuius redditur vera propositio: sicut dixit in ea, *Deus generat*, nomen, *Deus*, supponi pro persona Patris, at in illa, *soli Deo honor & gloria*, cum gloria deferatur tribus ratione vnius essentia, aliam rationem esse suppositionis. Ego tamen absolute dicere supponi, nomen, *Deus*, pro concreto deitatis, si non addatur syncategorema: etiam si id, quod enunciat de Deo, personis conueniat.

Id quod hæcenus diximus de nomine, *Deus*, supponi videlicet pro indiuiduo concreto deitatis, etiam, quando ponitur terminus notionalis, qui non est syncategorema illius, intelligi etiam debet in aliis propositionibus, ubi prædicata naturæ humanæ de Deo prædicantur per communicationem idiomatum. Idem quæ de nomine, *homo*, quando de illo prædicata naturæ diuinæ enuntiamus, ut in tertiam partem S. Th. q. 16. art. 3. fusi probabitur. Nunc autem hac vnica ratione ex superioribus deducta monstratur.

Si duæ personæ diuinæ duas assumerent humanitates, nec eodem loco, nec eodem tempore paterentur, non liceret dicere, alius Deus hic patitur, quam ibi, alius nunc, quam antea: sed dicere deberemus, idem Deus nunc & antea, hic & alibi patitur: ergo nomen, *Deus*, pro indiuiduo concreto supponitur, non pro persona habente deitatem. Sic enim deberemus dicere, alius Deus patitur hic, quam ibi, nunc quam antea, quod est absurdum. Contra etiam, si vna humanitas à tribus assumeretur, non diceremus, alius homo patitur, sed vnus & idem; cum tamen esset alia, & alia persona habens humanitatem. Quando vero S. Th. & alij affirmant, nomina hæc concreta naturarum in illis prædicationibus, cum ponuntur ex parte prædicati, supponi pro natura, ex parte vero subiecti pro persona, videntur usurpare suppositionem nominis, non pro tota latitudine significationis, sed pro ea parte duntaxat ratione, cuius vera redditur propositio, ut eo loco latius dicemus. Et quamuis de naturis abstracte significatis mutuo non enuntientur voces earum, de illis tamen concrete significatis recte enuntiat, ut ibidem dicemus; quia nominibus concretis connotatur suppositum, in quo conueniat naturæ, ut ibidem explicabitur.

Verum contra hanc doctrinam obiicit aliquis Damas. libr. de fide cap. 4. in principio, ubi sic Damas. dicit.

31.

32.

33.

dicit, illud itaque aduertendum est, quod diuinitatis & humanitatis vox essentias, seu naturas indicat: at Dei & hominis vocabulum, tum de natura vsurpatur, quemadmodum cum dicimus, deus est substantia capium omnem fugiens, & vnus est deus; tum etiam de personis; nimirum eo, quod specialius est generalioris nomen suscipiente, vt cum scriptura ait, propterea vnixit te deus, deus tuus, &c. sentit igitur aliquando nomen, deus, supponi pro persona aliqua: Idem asserit Nicetas libr. 3. Thesauri cap. 37. Respondeo, Damascenum, & Nicetam solum docere voluisse: nomen, deus, accipi pro persona, non quia coarctetur eius significatio semper, sicut cum additur aliquid notionale syncategorema: sed quia eo non addito, aliquando de Deo enuntiamus ea, quæ illi conueniunt ratione alicuius personæ: sicut ibidem ait, nomen, quidam homo in terra Hus, poni ab scriptura pro Iob, non quia sic positum absque alio significato personam aliquam determinate, sed quia de quodam homine terræ Hus recte dicuntur, quæ Iob conuenire videmus.

Tandem ex dictis sequitur, lapsum fuisse Capreolum in primum distinctione 4. questione 1. art. 3. in solutione 2. & 3. & vltimi argumenti Aureoli, cum inquit, nomen, deus, semper supponi pro natura distincte, & proprie & semper etiam pro persona supponi; aliquando quidem distincte, cum additur terminus notionalis, vt *Deus generat*, aliquando indistincte, cum non additur terminus notionalis. Impugnat autem Capreolum Caietanus in hoc articulo tribus rationibus, ex quibus hæc sufficiat. In hac propositione *Deus non generat*, vel nomen, *Deus*, supponitur pro persona aliqua distincte, vel pro persona confuse; si distincte, vel pro Patre, vel pro Filio; non pro Patre, vt c. 3. contra Canariensem probatum manet; non pro Filio; quia esset vera propositio; ergo pro persona confuse. Hoc autem, præterquam quod falsum est, quia esset etiam vera propositio, pro aliqua nempe persona, est etiam contra ipsum Capreolum, quia in ea propositione additur terminus notionalis.

CAPVT VII.

Quid de hac propositione sentiendum sit, Deus genuit alium Deum.

Alterum, quod superest notandum, est circa aliquas propositiones, de quibus sententiam ferre ex præcedentibus difficile non erit, quarum prima est, *Deus genuit alium Deum*, hæc igitur propositio manifeste falsa est, vt docent Hugo de S. Vict. in summa sententiarum tract. 1. cap. 11. S. Thom. in hoc art. ad 4. Scotus in 1. dist. 4. quest. 1. Durand. quest. 2. ad 2. Gabr. quest. vnic. art. 3. Marsilius in 1. q. 8. art. 3. ad 4. tametsi S. Thom. & Gabriel affirmant, eam verum sensum habere posse, videlicet si nomen, *Deum*, appositue, & vox *alium*, substantiue sumatur: sic enim sensus est, *Deus genuit alium, qui est Deus*: recte autem dicimus *alium*, quia hoc adiectiuum masculinæ denotat personam, vt disputat. 130. cap. 1. notauimus. Veruntamen hic sensus, & modus loquendi vsitatus non est, nec obstat, quod dixit Christus. Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis; nam nomen paraclitus: est adiectiuum, & ideo multiplicari potest: sequi enim potest numerum personarum, vt prædictum est disp. 155. c. 8. iuxta quam doctrinam dicimus tres

omnipotentes, & dicere possemus tres paraclitos. Non ergo mirum, si dicat Christus, & alium paraclitum dabit vobis. Atque hinc merito supra deamus c. 4. nomen, *Deus*, in ea propositione, *Deus generat Deum*, non supponi pro habente deitatem, nec idem esse omnino cum illo.

Quocirca secundo dicere potius debemus, *Deus genuit eundem Deum*, sic enim non denotatur identitas in persona, sed in natura, quam nomen, *Deus*, significat: vt enim docet Scotus quest. illa 1. ad 1. et Arist. 10. Metaph. text. 12. idē & diuersum, aut aliud sine vilo medio opponuntur, ac proinde quicquid non est aliud ab aliquo, est idem cum illo: ergo si *Deus genuit Deum*, & non alium Deum, conficitur genuisse eundem Deum.

Tertio omnes Doctores citati recte notant, non esse veram hanc propositionem, *Deus genuit Deum*, quia pronomen reciproci, se, denotat identitatem suppositi generantis & geniti; ac proinde tollens omnem distinctionem, tam ex parte naturæ, quam suppositi, falsam reddit propositionem siquidem, vt *Deus* dicatur generare *Deum*, saltem suppositorum distinctio necessaria est. Quare neque in humanis, neque in diuinis dictionibus generare seipsum. Sed hinc non licet colligere, ergo *Deus genuit alium Deum*, eo quod, si non genuit se Deum, generare debuit alium Deum: siquidem idem & aliud sine medio opponuntur: hoc igitur non recte colligi probat Durand. quia licet idem, & diuersum seu aliud sine medio opponatur, id tamen intelligitur, si referantur ad idem, hoc est, aut solum ad essentiam, aut solum ad personas si autem ad vtrumque simul, non possunt sine medio opponi, & diuidere ens; atque nomen, *Deus*, in hac propositione, *Deus genuit Deum*, tam ex parte subiecti, quæ ex parte prædicati supponitur pro persona, & essentia simul: atque idcirco (inquit) nec dicere possemus, *Deus genuit Deum*, quia tollimus distinctionem personarum; nec, *Deus genuit alium Deum*, quia tollimus essentia unitatem. Ex quo etiam infer, nec dici posse, *Deus genuit alium Deum*, neque eundem Deum, quia idem sequitur absurdum.

At certe friuola est ratio durandi, nam nomen, *Deus*, vt hæcenus probatum est, plane supponitur pro indiuiduo concreto naturæ. Quare, sicut non licet dicere, *genuit alium Deum*, quia diuisionem naturæ significamus, sic etiam licet dicere, *Deus genuit eundem Deum*, quia solum indentitas naturæ significatur. Imo licet dicere, *Deus genuit eundem Deum* secum, in quo solum indentitas naturæ significatur inter genitum & genitorem: particula vero secum, non confundit personas, sed denotat identitatem deitatis in Deo genito cum persona generante, cum qua reuera filius idem Deus est. Verum cum dicemus, *Deus genuit se Deum*, significamus eandem personam se ipsam genuisse: id enim denotat particula, se. Quare & Hugo de S. Vict. in 1. co allegato existimat, dici non posse, *Deus genuit Deum*, neque *Deus genuit se*.

Explicat autem dupliciter S. Thom. in hoc articulo ad 4. August. in epist. 66. quæ est ad Maximum, cum asserit, Deum Patrem genuisse alterum Deum. Inquit igitur, aut pronomen, se, esse in calum ferendi, & sensus est, genuit alterum a se, quod significatur personarum distinctio: aut esse in calum acculandi, & ita facere simpliciter relationem: et enim solum indentitatem naturæ, non personæ, &

Nicetas.

34.

Capreol.

Caiet.

35.

Hugo V. S. Thom. Scotus. Durand. Gabriel. Marsil.

Ioan. 14.

inquit sensum esse, genuit alterum sibi maxime similem, hoc est, eiusdem secum naturæ: sicut amicus dicere solet de amico, est alter ego, propter maximum vnionem voluntatum. Posterior sensus videtur secundum mentem Augusti, qui figuratus & improprius est, vt notauit S. Tho. ibid. *Canariensis* vero 3. parte commentarij refert ex Augusti 3. libr. ad Maximinum c. 14. hæc contraria verba, *Deus genuit, quod ipse est, & non alterum se.* Verum liber ille non est ad Maximinum, sed contra Maximinum: verba autem citata à Canariensi in eo capitulum non potuit.

Quarto vt optime obseruauit S. Doctor in solut. 5. argum. falsa est hæc propositio, *Deus genuit Deum, qui est Pater, aut qui est Deus Pater*: nam quamuis idem Deus, qui est indiuiduum concretum Deitatis sit generans & genitus, in ea tamen propositione nomen, *Deus*, ita restringitur ratione adiecti, vt supponatur pro persona Patris. Sic autem falsa est propositio, nam si dicamus, *Deus genuit Deum Patrem, & vox Patrem*, sit appositue, erit falsa propositio: quia determinatur nomen, *Deus*, vt supponatur pro patre: atqui idem omnino videtur sensus utriusque: ergo & prior propositio erit falsa. Cum S. Thom. conueniunt Gregor. in 1. d. 4. q. 1. ad ult. & Durand. q. 2. ad ult. sed Durandus alia ratione putat, eam propositionem esse falsam, scilicet quia nomen, *Deus*, in ea propositione ex parte prædicati supponitur pro filio, sic autem falsa est propositio: sensus enim est, *Deus genuit Filium, qui est pater.* Sed fallitur Durand. quia in ea propositione, *Deus* non ponitur pro Patre, sed cum alias pro indiuiduo Deitatis poneretur, si non fieret illa appositio, ratione appositionis determinatur pro sola persona patris.

Addit S. Thom. si aliquid interponatur ratione cuius non fiat illa appositio termini notionalis, posse esse veram propositionem: vt si quis dicat, *Deus genuit Deum, qui est Deus, qui est Pater*: tunc enim vox, *Deum*, videtur supponi pro indiuiduo Deitatis, quia non apponitur ei terminus notionalis, & de illo vere dicitur, *qui est Deus, qui est pater.*

Deum *Maximus* in 1. q. illa 8. art. 3. ad vltimum prædictam propositionem, *Deus genuit Deum, qui est Pater*, distinguit: aut enim sensus illius est, *Deus genuit Filium, qui non est pater, qui tamen Pater est Deus*, & hic sensus est verus: aut sensus est, *Deus genuit Deum, qui non est Deus, qui est Pater, & falsus est.* Quæ distinctione accepit ex Magistro in 1. d. 4. sed hi sensus pro voluntate solum adhibiti videntur, ideo mihi probatur id quod supra ex S. Tho. dixi circa prædictam propositionem.

ARTICVLVS V.

Utrum nomina essentialia in abstracto significata possint supponere pro persona.

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod nomina essentialia in abstracto significata possint supponere pro persona, ita quod hæc enim Augustinus 7. de Trinitate. Pater & filius sunt vna sapietia, quia vna essentia: singulati sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia.

2. Præterea Generatis nobis vel corrumpitur in 1. p. Tom. 2.

ptis, generatur vel corrumpunt ea quæ in nobis sunt: sed filius generatur. Ergo cum essentia diuina sit in filio, vt detur quod essentia diuina generetur.

3. Præterea. Idem est Deus & essentia diuina, vt ex supra dictis patet. Sed hæc est vera, Deus generat Deum, sicut dictum est. Ergo hæc est vera, essentia generat essentiam.

4. Præterea. De quocunque prædicatur aliquid, potest supponere pro illo. Sed pater est essentia diuina. Ergo essentia potest supponere pro persona patris. Et sic essentia generat.

5. Præterea. Essentia est res generans, quia est pater qui est generans. Si igitur essentia non sit generans, erit essentia res generans & non generans: quod est impossibile.

6. Præterea. August. dicit in 4. Trinit. Pater est principium totius deitatis: sed non est principium nisi generando vel spirando. Ergo pater generat vel spirat deitatem.

Sed contra est quod August. dicit in 1. de Trinit. quod nulla res generat seipsam. Sed si essentia generat essentiam, non generat nisi se ipsam, cum nihil sit in Deo quod distinguatur à diuina essentia. Ergo essentia non generat essentiam.

Respondeo dicendum, quod circa hoc errauit Abbas Ioachim, asserens quod sic ut dicitur, *Deus genuit Deum*, ita potest dici quod essentia genuit essentiam, considerans quod propter diuinam simplicitatem non est aliud deus quam diuina essentia. Sed in hoc deceptus fuit, quia ad veritatem locutionum non solum oportet considerare res significatas, sed etiam modum significandi, vt dictum est. Licet autem secundum rem sit idem Deus quod deitas, non tamen est idem modus significandi utroque: Nam hoc nomen, *Deus*, quia significat diuinam essentiam vt in habente, ex modo suæ significationis naturaliter habet, quod possit supponere pro persona. Et sic ea quæ sunt propria personarum, possunt prædicari de hoc nomine *Deus*, vt dicatur, quod Deus est genitus vel generans, sicut dictum est. Sed hoc nomen, *essentia*, non habet ex modo suæ significationis, quod supponat pro persona, quia significat essentiam vt formam abstractam. Et ideo ea, quæ sunt propria personarum, quibus ad inuicem distinguuntur, non possunt essentia attribui. Significaretur enim quod esset distinctio in essentia diuina, sicut est distinctio in suppositis.

Ad primum ergo dicendum, quod ad

3. p. S. Thom. q. 1. art. 2. ostendimus. Quare, si non repugnaret essentiam diuinam generari & generare ratione iam dicta, etiam si abstracte significaretur, dici posset generare, & generari.

Secundo nota recte dici, *essentia communicatur*, tamen si dici nequeat, *essentia generatur*, nam, ut ait Scotus loco citato, in responsione ad argumenta, versiculo, ad rationem illam decommunicare, iōge differunt communicare, & producere seu generare: namque producere & generare denotat realem relationem inter producentem & productū, inter genitorem & genitum tantum: ac proinde postulat distinctionem inter producētē & productū, inter genitorem & genitum, quae inter essentiam & aliquid aliud, quod sit in Deo, esse non potest: quod idcirco non dicimus, *Essentia generatur*: at vero communicare etiam per realem productionem, praeter relationem realem, quam significat ad rem productam, sicut ad id, cui aliquid communicatur, denotat etiam relationem rationis, ad id: quod productū communicatur. Quae sane relatio inter id, quod communicatur & communicat, non exigit distinctionem realem, cum ipsa sit relatio rationis. Quare recte dicitur, *essentia communicatur*, hoc enim modo loquendi solum significat relatio rationis inter personam quae communicat, & essentiam communicatam: cum tamen non dicamus, *essentia generatur*, quia sic denotamus distinctionem realem inter essentiam & aliquid aliud, quod generat.

Quinimo recte docuit Marfil. q. 11. art. 2. eandem fere rationem Scoti sequutus, recte dici posse aliquid seipsum communicare, quia hoc modo loquendi solum denotatur relatio rationis inter eum, qui communicat, & eum, qui communicatur. Hac igitur ratione, licet persona ab essentia non distingatur, nec dicatur illam producere, dicitur tamen illam communicare, hoc solo, quod aliam personam producit in eadem essentia. Ceterum essentia non dicitur seipsum communicare, quia id, quod se communicat, producere debet aliquid aliud, cui se communicet: essentia autem non producit aliquid, cui se communicare possit.

Tertio obseruandum est cum Scoto in eadem q. verba quae significant actus notionales, ut generare, generari, non posse praedicari de essentia abstracte significata in sensu (ut aiunt) identico, sicut dicimus essentia est persona: quia verba notionalia hos actus significant per modum formae adiacentis, & ideo semper formaliter accipiuntur, sicut quaeque nomina adiectiua: praedicantur igitur semper ex vi suae significationis in sensu formalis, & nunquam in sensu identico. Hic enim sensus solum exprimi potest verbo substantiuo, sum, et, quae omnia notata sunt disp. 1. 19. cap. 2. & 137. c. 3. ubi multa alia diximus circa varias in mysterio Trinitatis praedicationes.

Addit S. Thom. in hoc art. actum notionalem vere praedicari de essentia abstracte significata, addito aliquo nomine substantiuo ex parte subiecti, ut si dicamus, *essentia est res*, quae generat, aut *essentia est Deus, qui generat*: in his enim propositionibus uterque sensus includitur, & identicus in priori parte earum, & formalis in posteriori. Perinde enim est, ac si dicamus, *essentia idem est secundum rem cum persona vel Deo, qui generat*: Id autem intelligit S. Thom. si iuxta ea, quae superius tradidit,

res aut Deum, supponantur pro persona. Nihilominus eodem modo dici posset, si supponatur pro concreto deitatis; quia de illo etiam vere praedicantur actus notionales, ut superiori disp. ostendimus. An vero essentia sit principium formale generationis, & terminus formalis illius, dicemus disp. 162. c. 3.

Postremo notandum est, Patres, imo & Concilia, vi aliquando nominibus abstractis, ut denotent originem vnius ab alio, ut vidimus superiori disp. c. 6. cum dicunt lumen de lumine, lucem de luce, sapientiam de sapientia, essentiam de essentia, &c. recte tamen adiuuoni S. Tho. in solutione primi has locutiones exponendas esse in hunc sensum, ut nomina abstracta pro concretis exponantur, vel per nomina personalia hoc modo, *Filius, qui est sapientia, est de patre qui est sapientia, &c.* testimonia vero Patrum habes in eo c. 6.

Ceterum Patres Concilij Tolet. 15. sub Flauio Egica Rege, & Iuliano Archiepiscopo inter alia docuerant hanc propositionem, *secundum essentiam voluntas genuit voluntatem* in libro quodam de tribus substantiis, quem per Petrum Regionarium Romanae Ecclesiae ad Papam Benedictum 2. miserunt. Quam propositionem Pontifex non quidem in scriptis, sed verbo tantum ante biennium notauerat, & ut de hac sua notatione Patres Concilij certiores fierent verbo etiam iniunxit, Patres vero libello quodam Pontifici responderunt; quorum responsum habemus in eo Concilio Toletano 15. in noua compilatione Conciliorum Hispaniae. Verba autem notationes sunt haec, *Naturali ordine cognoscimus, quia verbum ex mente originem ducit, sicut ratio & voluntas de mente procedit: ita & mens de verbo aut voluntate, & ex ista comparatione visum est Romano Pontifici voluntatem ex voluntate non posse dici. Vbi valde obseruandum est, propositionem hanc, voluntas de voluntate non fuisse notatam à Pontifice, quod Patres illi vterentur abstractis pro concretis, neque quia dicerent voluntatem genitam; sed quia dicerent voluntatem genitam ex voluntate. Quod si dixissent sapientiam genitam ex mente, eam non notasset pontifex; quia sapientia originem habet ex mente, & voluntas etiam ex mente, sed voluntas ex voluntate non est, nec mens ex mente.*

Patres vero Concilij acute excusantur suam propositionem, ut in eo concilio fusius refertur, non curantes interim de abstractis & concretis. Excusant autē hac ratione, quia non dixerint eam propositionem cum additamento. *Secundum comparationem humanae mentis, seu secundum relationem, sed secundum essentiam*: dicunt vero, secundum comparationem humanae mentis, hoc est, secundum appropriationem: hic enim sensus ex verbis Concilij manifeste colligitur, ita ut mens approprietur patri, voluntas autē Spiritui S. inquit enim Concilium inter alia de nominibus alioqui communibus & essentialibus. *Sed hic singula singula secundum comparationem humanae mentis continentur in vnum quodque, quod ex eis vnus dicitur, alius penitus non dicitur, sicut & relatiuo vocabulo pater nominatus non est ipse, qui filius.* Excusant igitur se Patres, quod non dixerint voluntatem genuit voluntatem secundum comparationem humanae mentis, id est, secundum appropriationem: sic enim sensus esset, Spiritum S. genuisse Spiritum S. quod est absurdum, & hoc modo

45

Concil. Tolet. 15.

Propositio conc. 15. notanda est, dict. 2.

46.

Patres Concil. Pontifici, satisfaciunt.

47.

Z 4

modo

modo intellexit Pontifex propositionem : quia absurdum putabat voluntatem esse ex voluntate, cum potius sit voluntas ex mente. Simebant enim Patres Toletani voluntatem pro actu, non pro facultate ipsa, ut ibidem constat. Quare Pontifex non damnavit hanc propositionem, *Voluntas est ex mente, seu sapientia est ex mente.*

Deinde addunt Patres Toletani se dixisse voluntatem ex voluntate secundum essentiam, iuxta doctrinam *Aug. 15. de Trin. ca. 2.* ubi filium appellat sapientiam de sapientia, consilium de consilio, essentiam de essentia; quia in Deo essentia, consilium & sapientia sunt idem secundum essentiam, & filius hæc omnia habet ex patre. Huius rei historiam scripsit *Rodericus Archiepiscopus Toletanus lib. 3. c. 13. historia Hispania*, ubi narrat, libro de hac re conscripto satis factum fuisse Pontifici.

ARTICVLVS VI.

Virum persona possint prædicari de nominibus essentialibus.

207.
1. d. 48 qu. 2.
art. 2. ad 5.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod personæ non possint prædicari de nominibus essentialibus concretis, ut dicatur, Deus est tres personæ, vel est Trinitas. Hæc enim est falsa, homo est omnis homo: quia pro nullo suppositorum verificari potest. Neque enim Socrates est omnis homo, neque Plato, neque aliquis alius. Sed similiter ista Deus est Trinitas, pro nullo suppositorum naturæ diuinæ verificari potest. Neque enim pater est Trinitas, neque Filius, neque Spiritus S. Ergo hæc est falsa, Deus est Trinitas.

2. Præterea. Inferiora non prædicantur de suis superioribus, nisi accidentaliter prædicatione: ut cum dico animal est homo. Accidit enim animali esse hominem. Sed hoc nomen, Deus se habet ad tres personas, sicut commune ad inferiora, ut Damascenus dicit. Ergo videtur quod nomina personarum non possunt prædicari de hoc nomine Deus nisi accidentaliter.

Sed contra est, quod Augustinus dicit in lib. de fide ad Petrum, Credimus unum Deum, unam esse diuini nominis Trinitatem.

Respondeo dicendum, quod (sicut iam dictum est) licet nomina personalia vel notionalia adiectiua non possunt prædicari de essentia: tamen substantiua possunt propter realem identitatem essentia & personæ. Essentia autem diuina non solum idem est realiter cum una persona, sed cum tribus. Unde & una persona & duæ & tres possunt de essentia prædicari, ut si dicamus, Essentia est pater & filius & Spiritus sanctus. Et quia hoc nomen, Deus, per se habet, quod supponat pro essentia (ut dictum est) ideo sicut hæc est ve-

ARTIC. VI.

ra, essentia est tres personæ, ita hæc est vera, Deus est tres personæ.

Ad primum ergo dicendum, quod (sicut supra dictum est) hoc nomen, homo, per se habet supponere pro persona, sed ex adiuncto habet, quod stet pro natura communi. Et ideo hæc est falsa, homo est omnis homo: quia pro nullo supposito verificari potest. Sed hoc nomen, Deus, per se habet quod stet pro essentia. Unde licet pro nullo suppositorum diuinæ naturæ hæc sit vera, Deus est Trinitas, est tamen vera pro essentia. Quod non attendens Porretanus eam negauit.

Ad secundum dicendum, quod cum dicitur, Deus vel diuina essentia est pater, est prædicatio per identitatem, non autem sicut inferioris de superiori: quia in diuinis non est vniuersale & singulare. Unde sicut est per se ista, pater est Deus, ita & ista, Deus est pater: & nullo modo per accidens.

Notationes circa Articulum.

CONCLVSIO articuli est affirmans; circa doctrinam vero totius articuli quædam oblatione digna sunt.

Primo connotat Canariensis quæstionem articuli propositam fuisse contra Gilbertum, qui asserbat hanc esse falsam propositionem, *Deus est tres personæ*; eo quod Deus supponatur pro quacunque persona: falsum autem est dicere, quæcumque persona est tres personæ. Hoc idem videtur proponere Sanctus Doctor in 1. argum. Verum, ut reuincamus di. p. 120. c. 1. Gilbertus solum docuit, Deum aliquando poni pro essentia & tunc concedendum esse simpliciter, Deum esse suam deitatem, quia sic Deus ex natura rei ab eam non distinguitur: aliquid vero supponi pro persona, & tunc dici non posse, *Deus est sua deitas*, quia personam à deitate ex natura rei distinguit. Quare eodem modo negaret hanc propositionem, *Deus est tres personæ*, si Deus supponeretur pro essentia: ac si supponeretur pro personis, eam concederet in aliquo sensu, quando nimirum pro omnibus collectione poneretur: nam si pro aliqua tantum, eam sine dubio negaret, sicut etiam Thomista.

Secundo nota circa solutionem sequenti hanc propositionem, *Deus est pater*, esse per se in aliquo modo assignato ab Aristotele. 1. Posterior. a. 4. ut docet Sanctus Thomas. In ea solutione. Nam sicut supra docuit q. 27. art. 3. ad 2. in perfectione diuini esse continetur, quod sit verbum: loquitur autem Sanctus Doctor de hac propositione, ut est in nostro intellectu: propositio enim non est extra intellectum. Quare decipiuntur Thomista, qui dicunt illam per se ipsam in Deo solum repetiri, non in propositione, ut est in intellectu.

Ceterum videndum est, quia ratione hæc propositio sit per se. Canar. in hunc articulum diffinitio in 2. parte censet, nullam prædicationem de Deo esse per accidens: prædictam tamen propositionem esse per se, in sensu tamen identico, id quod indubitate videtur Sancto Doctor in solutione 1. Deinde de Canariensis addit, eam prædicationem non esse

esse proprie inferioris de superiori, ut dixit etiam B. Thomas esset enim per accidens, sicut hæc animal est homo: accidit enim superiori in hoc vel illo inferiori reperiri: in diuinis quoque non est inferior & superior, quia non est vniuersale & particulare, quamuis sit commune secundum rem, & incommunicabile.

Verum distinguendum mihi videtur. Nam si de essentia abstracte loquamur, ut videtur loquutus S. Thom. in solutione illa, non potest esse propositio per se in alio sensu, quam identico: ut si dicamus, diuinitas est pater: ei namque etiam hoc modo conuenit per se, idem esse cum patre; tamen est formaliter de illo non prædicatur iuxta notata disp. 136. c. 3. At vero, si sermo sit de essentia concrete significata hoc nomine, *Deus*, propositio est per se in sensu formali, ac proinde ei licet addere particulam, *inquantum, & secundum quod ipsum*, hoc modo. *Deus secundum quod Deus, vel inquantum Deus est pater*. Nam ut recte notauit Durand. in 1. dist. 12.

q. 1. n. 6. Arist. 1. poster. c. 4. particulæ, *Inquantum secundum quod ipsum, & per se*, idem significant, & eodem modo propositionem afficiunt: quare non solum adduntur, quando aliquid, quod est de conceptu formali subiecti, & illi aequatæ conuenit, de illo prædicatur, ut rationale de homine, verum etiam, cum aliquid de alio dicitur, quod per se respicit in aliquo modo dicendi per se; vel quia est de essentia, & sic prædicatur in primo modo, ut cum dicimus, homo, inquantum homo, est animal, vel, est rationale: in secundo vero modo, cum propria passio de subiecto dicitur, vel subiectum est de essentia prædicati, ut homo, inquantum homo, est risibilis. Et ad hunc modum existimo pertinere prædictam propositionem *Deus, inquantum Deus est pater*, hoc est. *Deus per se est pater*: quia subiectum est de essentia prædicati, non contra. Pater enim non comparatur Deo ut de essentia illius, sed ut persona per se illi conueniens, & necessario: contra vero Deus est de essentia Patris, & eius diuinæ personæ: quare hæc propositio, *pater est Deus*, est in primo modo dicendi per se. Est etiam quedam differentia notanda inter has propositiones: quod hæc, *pater est Deus*, est directa propositio, quia ex parte prædicati ponitur id, quod habet rationem formæ respectu subiecti; illa vero, *Deus est pater*, videtur habere speciem indirectæ, quia quoddam ex parte subiecti, habet potius rationem formæ, quam id, quod ponitur ex parte prædicati.

Verum enimvero, quamuis prædictis propositionibus addere possimus notas illas perfectas, *Inquantum, & secundum quod ipsum, & per se*: tamen dicere non licet, *pater eo est pater, quo Deus, & eo est Deus, quo pater*, & de aliis personis similiter: hoc enim modo loquendi, quo usus est Aug. lib. 7. de Trinitat. cap. 2. significamus, non tantum prædicatum per se conuenire subiecto, sed etiam eodem formaliter constitui subiectum & prædicatum in ratione talis, quod est falsum. Ideo Aug. dixit, verbum non esse eo sapientiam, quo est verbum, quia alia ratio formalis est sapientiæ, alia vero, ut verbum est. Ineptè tamen quidam putant, ibi tantum posse apponi particulam, *Inquantum & secundum quod ipsum*, ubi prædicto modo loquendi August. solum vii possumus: id enim esse falsum ex dictis manifestum est.

Hinc etiam intelligitur id, quod docuit S. Th. q. 8. de potentia art. 2. ad 6. cum ait, illud prædicari

per se de alio, quod prædicatur secundum propriam illius rationem: non enim significat, illud solum per se de alio dici, quod est de essentia illius: sed etiam id, quod illi conuenit secundum propriam rationem illius. Huiusmodi est propria passio, quæ subiecto conuenit secundum propriam rationem illius, vel secundum quod tale est. Quare licet paternitas non sit de conceptu formali essentiae Dei, nihilominus, pater per se prædicatur de Deo, & secundum quod Deus est.

Tertio notat Canar. in hoc art. hanc propositionem, *Deus creat*, non esse propositionem per accidens: quia nihil de Deo accidentarie potest prædicari. Probat primo ex Aug. 5. de Trinitat. cap. 5. ubi ait, in deo autem nihil quidem secundum accidens, quia nihil in eo est mutabile. Secundo creatio actiua, à qua Deus dicitur creare, est ipsa substantia Dei; ergo non prædicatur accidentarie de Deo. Quod si dicas, Deum appellari creatorem à relatione rationis, quæ ipsi adest, & abesse posset; ac proinde per accidens dici creatorem, obicit Canariensis, statim hoc modo. Accidens debet esse aliquid reale, ergo, licet relatio rationis sit in Deo ex tempore, non debet dici accidens illius. Tercio probari potest, quia hæc propositio, *Deus creat*, videtur esse in quarto modo dicendi per se, prædicatur enim proprius effectus de propria causa, create soli Deo conuenit.

Ceterum ego distinguendum esse censeo; aut enim loquimur de accidenti, quod dicitur prædicamenti, hoc est, quod realiter inhæret subiecto, de quo prædicatur, & hoc pacto non est accidentaria prædicatio illa, *Deus creat*, quia nullum est in Deo accidens, & de hoc tantum videtur loquutus Augustinus: aut loquimur de accidenti prædicabili, hoc est, de eo, quod prædicari potest de subiecto, & negari, integra manente natura & substantia subiecti, & hoc modo illa propositio est per accidens, quia Deus potest creare & non creare. Hæc autem denominatio tribuitur Deo ab extrinseco, hoc est, à creatura, atque hinc soluitur etiam secundum argumentum.

Ad tertium dicimus, eam non esse propositionem per se, etiā si effectus prædicetur de propria causa. Ut enim sit per se in quarto modo, debet esse necessaria, nam quod est per se, etiam in eo modo, distinguitur ab eo, quod accidentarie prædicatur, ut ait Arist. 1. poster. c. 4. Tum etiam de propositionibus in quarto modo per se potest esse scientia, ut patet Arist. ibid. de contingentib. autem & non necessariis non potest esse scientia: est igitur in 4. modo dicendi per se illa propositio, quam ipse assert, *Ingalatus interijt*, & similiter erit hæc, *Quidquid creatur, a deo fit*, hæc namque sunt necessariae, & de aliis simili modo.

ARTICVLVS VII.

Verum nomina essentialia sint approprianda personis.

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod nomina essentialia non sint approprianda personis. Quod enim potest vergeri in errorem fidei vitandum est in diuinis, quia ut Hieronymus dicit, ex verbis inordinate prolatis incurrit hæresis. Sed ea quæ sunt

52

Canar.

53

Augustinus.

268

1. 4. 3. q. 4. 1. art. 2.

Habetur in Mag. fi. sent. lib. 4. d. 13. 12. sine.

sunt cōmunia tribus personis appropriare alicui, potest vergere in errorem: quia potest intelligi, quod vel illi tantum personæ conveniant cui appropriantur, vel quod magis conveniant ei quam aliis. Ergo essentialia attributa non sunt approprianda personis.

2. Præterea. Essentialia attributa in abstracto significata significant per modum formæ. Sed vna personæ non se habet ad aliam ut formæ: cum formæ ab eo cuius est formæ, supposito non distinguatur. Ergo essentialia attributa, maxime in abstracto significata, non debent appropriari personis.

3. Præterea. Proprium prius est appropriato. Proprium enim est de ratione appropriati. Sed essentialia attributa secundum modum intelligendi sunt priora personis, sicut commune est prius proprio: ergo essentialia attributa non debent esse appropriata.

Sed contra est quod Apostolus dicit. 1. Cor. 1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.

Respondeo dicendum, quod ad manifestationem fidei conveniens fuit essentialia attributa personis appropriari. Licet enim Trinitas personarum demonstratione probari non possit (ut supra dictum est) convenit tamen, ut per aliqua magis manifesta declaretur. Essentialia vero attributa sunt nobis magis manifesta secundum rationem, quam propria personarum; quia ex creaturis ex quibus cognitionem accipimus, possumus per certitudinem devenire in cognitionem essentialium attributorum, non autem in cognitionem personalium proprietatum, ut supra dictum est. Sicut igitur similitudine vestigii vel imaginis in creaturis inventa vimur ad manifestationem divinarum personarum, ita & essentialibus attributis. Et hæc manifestatio personarum per essentialia attributa appropriatio nominatur. Possunt autem manifestari personæ divinæ per essentialia attributa dupliciter. Vno modo per viam similitudinis, sicut ea quæ pertinet ad intellectum appropriantur filio, qui procedit per modum intellectus, ut verbum. Alio modo per modum dissimilitudinis: sicut potentia appropriatur patri (ut Augustinus dicit) quia apud nos patres solent esse propter senectutem infirmi, ne tale aliquid suspicemur in Deo.

Ad primum ergo dicendum, quod essentialia attributa non sic appropriantur personis, ut eis esse propria asserantur, sed

ad manifestandum personas per viam similitudinis vel dissimilitudinis: ut dictum est. Vnde nullus error fidei sequitur, sed magis manifestatio veritatis.

Ad secundum dicendum, quod si sic appropriarentur essentialia attributa personis quod essent eis propria, sequeretur quod vna persona se haberet ad aliam in habitudine formæ: quod excludit Augustinus in 6. de Trinitate ostendens, quod pater non est sapietia quam genuit, quasi solus filius, sic sapietia, ut sic pater & filius simul tantum possint dici sapietia, non autem pater sine filio. Sed filius dicitur sapietia patris, quia est sapietia de patre sapietia. Uterque enim per se est sapietia, & simul ambo vna sapietia. Vnde pater non est sapiens sapietia quam genuit, sed sapietia quæ est sua essentia.

Ad tertium dicendum, quod licet essentialia attributum secundum rationem propriam sit prius quam persona secundum modum intelligendi: tamen in quantum habet rationem appropriati, nihil prohibet proprium personæ esse prius quam appropriatum. Sicut color posterior est corpore, in quantum est corpus: prius tamen est naturaliter corpore albo, in quantum est album.

CONCLUSIO est: Licet essentialia vestigia communia sint tribus personis, a nobis tamen quidam uni personæ, quidam alteri accommodantur, ut magis eas cognoscamus. quæ accommodatio dicitur appropriatio.

ARTICULVS VIII.

Utrum conuenienter a sacris Doctoribus sint essentialia personis attributa.

Adoctum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter, a sacris Doctoribus sint essentialia personis attributa. Dicit enim Hilarius

2. de Trin. Eternitas est in Patre, species in Imagine, vltus in munere. In quibus verbis ponit tria nomina propria personarum, scilicet nomen patris, & nomen Imaginis, quod est proprium Filio (ut supra dictum est) & nomen muneris siue donum, quod est proprium Spiritus sanctus (ut supra habitum est.) Ponit etiam tria appropriata. Nam eternitatem appropriat Patri, speciem Filio, vltum Spiritui sancto. Eternitas importat durationem essendi, species vero est essendi principium, vltus vero ad operationem pertinere videtur. Sed essentia & operatio nulli personæ appropriari inveniuntur. Ergo inconuenienter videntur ista appropriata personis.

2. Præterea.

2. Præterea. Aug. in doctrin. Christianâ sic dicit: In patre est unitas, in filio æqualitas, in Spiritu sancto æqualitatis unitatisque concordia. Et videtur quod inconuenienter: quia vna persona non denominatur formaliter per id quod appropriatur alteri. Non enim est sapiens pater sapientia genita, ut dictum est. Sed sicut ibidem subditur, Tria hæc vnum omnia sunt propter patrem, æqualia omnia propter filium, connexa omnia propter Spiritum sanctum. Non ergo conuenienter appropriantur personis. Item secundum Augustin. Patri attribuitur potentia, Filio sapientia, Spiritui sancto bonitas. Et videtur hoc esse inconueniens. Nam virtus ad potentiam pertinet. Virtus autem inuenitur appropriari filio, secundum illud 1. ad Cor. 1. Christum Dei virtutem. Et etiam Spiritui sancto secundum illud Luc. 6. Virtus de illo exibat & sanabat omnes. Non ergo potentia patri est approprianda.

Item Aug. in lib. de Trinit. dicit, Non confuse accipiendum est, quod ait Apostolus, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso: ex ipso dices propter patrem, per ipsum propter filium, in ipso propter Spiritum sanctum. Sed videtur quod inconuenienter: quia per hoc quod dicit in ipso, videtur importari habitudinem, causam finalem, quæ est prima causarum, ergo ista habitudinem causæ deberet appropriari patri, qui est principium non de principio.

Item inuenitur veritas appropriari filio, secundum illud Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita. Similiter liber vitæ secundum illud Psal. 3. In ca. libri scriptum est de me. Gloss. 1. apud patrem qui est caput meum. Et similiter hoc quod dico, qui est. Quia super illud Isai. 65. Ecce ego ad gentes, dicit gl. Filius loquitur qui dicit Moysi: Ego sum qui sum. Sed videtur quod propria sint filij, & non appropriata. Nam veritas secundum Augustinum in libro de vera religione, est summa similitudo principij absque omni dissimilitudine. Et sic videtur quod proprie conueniat filio, qui habet principium, Liber etiam vitæ videtur proprium aliquid esse: quia significat ens ab alio. Omnis enim liber ab aliquo scribitur. Hoc etiam ipsum qui est videtur esse proprium filio, quia si cum Moyses dicitur, Ego sum qui sum, loquitur Trinitas. Ergo Moyses poterat dicere, ille qui est Pater & Filius & Spiritus sanctus, misit me ad vos. Ergo & ulterius dicere poterat, ille qui est Pater & Filius & Spiritus sanctus, misit me ad vos, demonstrando certam personam. Hoc autem est falsum.

Quia nulla persona est Pater & Filius & Spiritus sanctus. Non ergo potest esse commune Trinitati, sed proprium Filij.

Respondeo dicendum, quod intellectus noster qui ex creaturis in Dei cognitionem manu ducitur, oportet quod Deum consideret secundum modum quem ex creaturis assumit. In consideratione autem aliquid creaturæ quatuor per ordinem nobis occurrunt. Nam primo consideratur res ipsa absolute, inquantum est ens quoddam. Secunda autem consideratio rei est inquantum est vna. Tertia consideratio rei est secundum quod inest ei virtus ad operandum & ad causandum. Quarta autem consideratio rei est secundum habitudinem quam habet ad causata. Vnde hæc etiam quadruplex consideratio circa Deum nobis occurrit. Secundum igitur primam considerationem qua consideratur absolute Deus secundum esse suum, sic sumitur appropriatio Hilar. secundum quam æternitas appropriatur patri, species filio, usus Spiritui S. æternitas enim inquantum significat esse non principatum, similitudinem habet cum proprio patris, qui est principium non de principio, species autem siue pulchritudo habet similitudinem cum propriis filij. Nam ad pulchritudinem tria requiruntur. Primo quidem integritas siue perfectio. Quæ enim diminuta sunt, hoc ipso turpia sunt. Et debita proportio siue consonantia. Et iterum claritas. Vnde quæ habent colorem nitidum, pulchra esse dicuntur.

Quantum igitur ad primum, similitudinem habet cum proprio filij inquantum est filius habens in se vere & perfecte naturam patris. Vnde ad hoc innuendum Aug. in sua expositione dicit, ubi scilicet in filio, summa & perfecta vita est, &c.

Quantum vero ad secundum conuenit cum proprio filij inquantum est imago expressa patris. Vnde videmus quod aliqua imago dicitur esse pulchra, si perfecte representat rem, quamvis turpem. Et hoc tetigit Augustin. cum dicit, Vbi est tanta conuenientia, & prima æqualitas, &c.

Quantum vero ad tertium, conuenit cum proprio filij, inquantum est verbum, quod quidem lux est, & splendor intellectus: ut Damasc. dicit. Et hoc tangit Aug. cum dicit, Tanquam verbum perfectum cui non desit aliquid, & ars quædam omnipotentis Dei, &c. Vnus autem habet similitudinem cum propriis Spiritus sancti largo modo accipiendo usum secundum quod Vti comprehendit sub se etiam frui: prout vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis, & frui, est cum gaudio vti, ut

Lib. 6. de Trinit. c. 10. paulo a primo tom. 3.

Loco nunc proximo dicitur.

Lib. 5. c. 8. parum ante medium. c. 18. loco nunc proximo dicitur.

Lib. 20. de Trinit. c. 11. ante medium.

ti, ut

Lib. 6. de
Trin. c. 10.
in medio.
Loco nunc
dicto.

Lib. 1. de
Trin. Christ.
ca. 5. tom. 3.

Lib. 1. de
doct. Christ.
ca. 5. in fine
tom. 3.

ti, ut Aug. 10. de Trin. dicit. vñs ergo quo Pater & Filius se inuicem fruuntur conuenit cum proprio Spiritus san. in quantum est amor. Et hoc est quod Aug. dicit, illa dilectio, delectatio, felicitas, vel beatitudo, vñs ab illo appellatus est. Vñs vero quo nos fruimur, similitudinem habet cum proprio Spiritus sancti in quantum est donum. Et hoc ostendit Aug. cum dicit, est in Trinitate Spiritus sanctus, genitoris, genitricis suauitas, ingenti largitate atque vbertate nos vel creaturas perfundens. Et sic patet quare eternitas, species, & vñs personis attribuantur vel appropriantur. Non autem essentia vel operatio: quia in ratione horum, propter sui communiter, non inuenitur aliquid similitudinem habens cum propriis personarum. Secunda vero consideratio Dei est in quantum consideratur vt vnus. Et sic Augustinus patri appropriat vnitatem, filio æqualitatem, Spiritui sancto cõcordiam siue connexionem. Quæ quidem tria vnitatem importare manifestum est, sed differenter. Nam vnitas dicitur absolute, non præsupponens aliquid aliud. Et ideo appropriatur patri qui non præsupponit aliquam personam: cum sit principium non de principio: æqualitas autem importat vnitatem in respectu ad alterum. Nam æquale est quod habet vnā quantitatem cum alio. Et ideo æqualitas appropriatur filio qui est principium de principio. Connexio autem importat vnitatem aliquorum duorum. Vnde appropriatur Spiritui sancto in quantum est a duobus: ex quo sensu etiam intelligi potest quod dicit Augustinus tria esse vnum propter patrem, æqualem propter filium, connexa propter Spiritum sanctum. Manifestum est enim quod illi attribuitur vnum quodque in quo primo inuenitur, sicut omnia inferiora dicuntur viuere propter animam vegetabilem, in qua primo inuenitur ratio vitæ in istis inferioribus. Vnitas autem statim inuenitur in persona patris, etiam per impossibile remotis aliis personis. Et ideo aliæ personæ a patre habent vnitatem. Sed remotis aliis personis non inuenitur æqualitas in patre. Sed statim posito filio inuenitur æqualitas. Et ideo dicuntur omnia æqualia propter filium: non quod filius sit principium æqualitatis patri, sed quia nisi esset patri æqualis filius, pater æqualis non posset dici: æqualitas enim eius primo consideratur ad filium. Hoc enim ipsum, quod Spiritus sanctus patri æqualis est, a filio habet. Similiter excluso Spiritu sancto qui est duorum nexus, non posset in-

telligi vnitas connexionis inter Patrem & Filium. Et ideo dicuntur omnia esse connexa propter Spiritum sanctum. Quia posito Spiritu sancto inuenitur ratio connexionis in diuinis personis. Vnde pater & filius possunt dici connexi. Secundum vero tertiam considerationem, qua in Deo sufficiens virtus cõsideratur ad causandum, dicitur sumi tertia appropriatio, scilicet potentia, sapientia, & bonitatis. Quæ quidem appropriatio fit & secundum rationem similitudinis, si consideretur quod in diuinis personis est: & secundum rationem dissimilitudinis, si consideretur quod in creaturis est. Potentia enim habet rationem principij. Vnde habet similitudinem cum patre cœlesti, qui est principium totius diuinitatis. Deficit autem interdum patri terreno propter senectutem. Sapientia vero similitudinem habet cum filio cœlesti in quantum est verbum, quod nihil aliud est quā conceptus sapientiæ. Deficit autem interdum filio terreno propter temporis paucitatem. Bonitas autem cum sit ratio, & obiectum amoris, habet similitudinem cum Spiritu diuino qui est amor: sed repugnantiam habere videtur ad spiritum terrenum, secundum quod importat violentiam, quandam & impulsione: prout dicitur Isai. 26. Spiritus robustorum quali turbo impellens parietem. Virtus autem appropriatur filio & Spiritui sancto non secundum quod virtus dicitur ipsa potentia rei, sed secundum quod interdum virtus dicitur id quod a potentia rei procedit, prout dicimus aliquid virtuosum factum esse virtute alicuius agentis. Secundum vero quartam considerationem prout consideratur Deus in habitudine ad suos effectus, sumitur illa appropriatio ex quo per quem, & in quo. Hæc enim præpositio, ex, importat habitudinem quandam causæ materialis, quæ locum non habet in diuinis. Aliquando vero habitudinem causæ efficientis, quæ quidem competit Deo ratione suæ potentie actiue. Vnde & appropriatur patri, sicut & potentia. Hæc vero præpositio, per, designat quidem quandoque causam mediam: sicut dicimus quod faber operatur per martellum. Et sicly, per, quandoque non est appropriatum, sed proprium filij: secundum illud Ioann. 1. Omnia per ipsum facta sunt: non quia filius sit instrumentum, sed quia ipse est principium de principio. Quandoque vero designat habitudinem formæ per quam agens operatur, sicut dicimus quod artifex operatur per artem. Vnde

sicut sapientia & ars appropriantur filio ita & ly per quem. Hæc vero præpositio, in, denotat propriam habitudinem continentis. Continet autem Deus res dupliciter. Vno modo secundum suas similitudines: prout, scilicet, res dicuntur esse in quantum sunt in eius scientia. Et si hoc quod dico in ipso, esset appropriatum filio. Alio vero modo continentur res à Deo, in quantum Deus sua bonitate eas conseruat & gubernat ad finem conuenientem adducendo. Et sic ly, in quo appropriatur Spiritui sancto, sicut & bonitas. Nec oportet, quod habitudo causæ finalis (quamuis sit prima causarum) approprietur patri qui est principium non de principio, quia personæ diuinæ, quarum pater est principium, non procedunt ut ad finem (cum qualibet illarum sit ultimus finis) sed naturali processione, quæ magis ad rationem naturalis potentie pertinere videtur. Ad illud vero quod de aliis quaritur, dicendum quod cum veritas pertineat ad intellectum (ut supra dictum est) appropriatur filio, non tamen est proprium eius. Quia veritas ut supra dictum est, considerari potest prout est in intellectu, vel prout est in re: sicut igitur intellectus & res essentialiter sumpta sunt essentialia & non personalia, ita & veritas. Definitio autem Augustinus inducta datur de veritate secundum quod appropriatur filio. Liber autem vitæ in recto quidem importat notitiam, sed in obliquo vitam. Est enim, ut supra dictum est, notitia Dei de his qui habituri sunt vitam æternam. Vnde appropriatur filio, licet vita approprietur Spiritui sancto, in quantum importat quandam interiorem motum, & sic conuenit cum proprio Spiritus sancti. in quantum est amor. Esse autem scriptum ab alio, non est de ratione libri in quantum est liber, sed in quantum est quoddam artificiatum. Vnde non importat originem neque est personale, sed appropriatur personæ. Ipsum autem nomen, qui est, appropriatur personæ filii, non secundum propriam rationem, sed ratione adiuncti: in quantum scilicet in locutione Dei ad Moysen præfigurabatur liberatio humani generis. quæ facta est per filium. Sed tamen secundum quod ly, qui, sumitur relative, posset referri interdum ad personam filii: & sic sumeretur personaliter, ut puta si dicatur, filius est genitus, qui est, sicut & Deus genitus personale est. Sed infinite sumptum est essentialiter. Et licet hoc pronomen, iste grammatice loquendo ad aliquam certam personam videatur

tur pertinere, tamen qualibet res demonstrabilis, grammatice loquendo persona dici potest, licet secundum rei naturam non sit persona. Dicimus enim, iste lapis & iste alinus. Vnde & grammatice loquendo, essentia diuina secundum quod significatur & supponitur per hoc nomen, Deus, potest demonstrari hoc pronomine, iste, secundum illud Exod. 15. Iste Deus meus & glorificabo eum.

QVÆSTIO XL.

De personis in comparatione ad relationes sue proprietates.

DEinde quaritur de personis in comparatione ad relationes, siue proprietates. Et quaruntur quatuor.

ARTICVLVS I.

Utrum relatio sit idem quod persona.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod in diuinis non sit idem relatio quod persona. Quæcunque enim sunt idem, multiplicato vno eorum multiplicatur & aliud. Sed contingit in vna persona esse plures relationes, sicut in persona patris est paternitas & communis spiratio. Et iterum vnā relationem in duabus personis esse, sicut communis spiratio est in patre & filio. Ergo relatio non est idem quod persona.

2. Præterea. Nihil est in seipso secundum Philosophum in 4. Physic. Sed relatio est in persona. Nec potest dici quod ratio identitatis, quia sic esset etiam in essentia: ergo relatio, siue proprietates & persona, non sunt idem in diuinis.

3. Præterea. Quæcunque sunt idem, ita se habent, quod quicquid prædicatur de vno prædicatur de alio. Non autem quicquid prædicatur de persona, prædicatur de proprietate. Dicimus enim, quod pater generat, sed non dicimus, quod paternitas sit generans. Ergo proprietates non est idem quod persona in diuinis.

Sed contra, in diuinis non differunt quod est, & quo est, ut habetur à Boet. in lib. de Hebdo. Sed pater paternitate est pater. Ergo pater idem est quod paternitas. Et eadem ratione alie proprietates idem sunt cum personis.

Respondetur dicendum, quod circa hoc aliqui diuersimode opinati sunt. Quidam enim dixerunt proprietates neque esse personas, neque in personis. Qui fuerunt mori ex modo significandi relationem, quæ quidem non significant ut in aliquo, sed magis ad ali-

Aa quid,

Quæst. 32. art. 2. quid. Vnde dixerunt relationes esse affines, sicut supra expositum est. Sed quia relatio secundum quod est quædam res in diuinis, est ipsa essentia: essentia autem idem est quod persona (vt ex dictis patet) oportet quod tunc relatio sit idem quod persona.

Quæst. 32. art. 2. Hanc igitur identitatem alij considerantes, dixerunt proprietates quod esse personas, non autem in personis: quia non ponebant proprietates in diuinis, nisi secundum modum loquendi, vt supra dictum est. Necesse est autem ponere proprietates in diuinis, vt supra ostendimus. Quæ quidem significantur in abstracto, vt quædam forme personarum. Vnde cum de ratione forme sit, quod sit in eo cuius est forma, oportet dicere proprietates esse in personis & eas tamen esse personas, sicut essentiam esse in Deo dicimus, quæ tamen est Deus.

Ad primum ergo dicendum, quod persona & proprietas sunt idem re, differunt tamen secundum rationem. Vnde non oportet quod multiplicato vno multiplicetur reliquum. Considerandum tamen est quod propter diuinam simplicitatem consideratur duplex realis identitas in diuinis eorum, quæ differunt in rebus creatis. Quia enim diuina simplicitas excludit compositionem forme & materie, sequitur quod in diuinis idem est abstractum & concretum, vt deitas & Deus. Quia vero diuina simplicitas excludit compositionem subiecti & accidentis, sequitur quod quicquid attribuitur Deo est eius essentia: & propter hoc sapientia & virtus idem sunt in Deo, quia ambo sunt in diuina essentia. Et secundum hanc duplicem rationem identitatis, proprietas in diuinis est idem cum persona. Nam proprietates personales sunt idem cum personis ea ratione, qua abstractum est idem cum concreto: Sunt enim ipsæ personæ subsistentes, vt paternitas est ipse pater, & filio filius, & processio Spiritus sanctus. Proprietates autem non personales, sunt idem cum personis secundum aliam rationem identitatis, qua ratione illud, quod attribuitur Deo, est eius essentia. Sic igitur communis spiratio est idem cum persona Patris, & cum persona filij: non quod sit vna persona per se subsistens: sed sicut vna essentia est in duabus personis, ita & vna proprietas, vt supra dictum est.

Quæst. 30. art. 1. Ad secundum dicendum, quod proprietates dicuntur esse in essentia per modum identitatis tantum: in personis autem dicuntur esse per modum identitatis, non quidem secundum rem tantum, sed quantum ad modum significan-

di, sicut forma in supposito. Et ideo proprietates determinant & distinguunt personas, non autem essentiam.

Ad tertium dicendum, quod participia & verba notionalia significant actus notionales. Actus autem suppositorum sunt. Proprietates autem non significant vt supposita, sed vt forme suppositorum. Et ideo modus significandi repugnat vt participia & verba notionalia de proprietatibus prædicentur.

CONCLVSTO est. Relatio secundum rem efficitur quod persona: nihilominus relatio dicitur efficitur persona. Aliqua in hunc articulum disputant solent, de quibus satis superque à nobis dictum est. Primum, Vtrum relatio distinguatur à persona et natura rei, an sola ratione, de qua re à nobis tractatum est disput. 121. & colligitur ex dictis disput. 120. Secundum, Vtrum actus notionales de proprietatibus personalibus prædicentur, an non: de hoc tamen differuimus disputatione 136. cap. 1. Tertium, An proprietas dicatur esse in persona, vt paternitas in patre; id tamen à nobis disputatum est ibidem cap. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum persona distinguatur per relationes.

AD secundum sic proceditur. Vnde dicitur, quod personæ non distinguuntur per relationes. Simplicitas enim seipsis distinguuntur: sed personæ sunt maximæ simplices. Ergo distinguuntur se ipsis, & non relationibus.

2. Præterea, nulla forma distinguitur, nisi secundum suum genus. Non enim album à nigro distinguitur nisi secundum qualitatem. Sed hypostasis significat indiuiduum in genere substantiæ. Non ergo relationibus hypostases distinguuntur.

3. Præterea. Absolutum est prius quam relatiuum, sed prima distinctio est distinctio diuinarum personarum. Ergo diuina personæ non distinguuntur relationibus.

4. Præterea. Id quod præsupponit distinctionem non potest esse primum distinctionis principium. Sed relatio præsupponit distinctionem, cum in eius definitione ponatur, esse enim relatiuum est ad aliud se habere. Ergo primum principium distinctiuum in diuinis non potest esse relatio.

Sed contra est, quod Boet. dicit in lib. de Trinitate, quod sola relatio multiplicat Trinitatem diuinarum personarum.

Respondetur dicendum, quod in quibuslibet pluribus inuenitur aliquid commune, oportet querere aliquid distinctiuum. Vnde cum tres personæ conue-

miant secundum essentiae unitatem, necesse est quare aliquid quo distinguantur ad hoc quod plures sint. Inveniuntur autem in diuinis personis duo, secundum quae differunt, scilicet origo & relatio: quae quidem, quamuis re non differant, differunt tamen secundum modum significandi. Nam origo significatur per modum actus, vt generatio: relatio vero per modum formae, vt paternitas. Quidam igitur attendentes quod relatio consequitur actum, dixerunt quod hypostases in diuinis distinguuntur per originem, vt dicamus quod pater distinguitur a filio, in quantum ille generat, & hic est genitus. Relationes autem, siue proprietates manifestant consequenter hypostasem siue personarum distinctiones: sicut & in creaturis proprietates manifestant distinctiones indiuiduorum, quae sunt per materialia principia. Sed hoc non potest stare propter duo. Primo quidem quia ad hoc quod aliqua duo distincta intelligantur, necesse est eorum distinctionem intelligi per aliquid intrinsecum vtrique: sicut in rebus creatis, vel per materiam, vel per formam. Origo autem alicuius rei non significatur, vt aliquid intrinsecum, sed vt via quaedam ad rem. Sicut generatio significatur vt via quaedam ad rem genitam, & vt progrediens a generante. Vnde non potest esse quod res genita & generans distinguantur sola generatione, sed oportet intelligere tam in generante, quam in genito ea, quibus ab inuicem distinguuntur. In persona autem diuina non est aliud intelligere, nisi essentiam & relationem siue proprietatem. Vnde cum in essentia conueniant, relinquuntur quod per relationes personae ab inuicem distinguantur. Secundo, quia distinctio in diuinis personis non est sic intelligenda, quasi aliquid commune diuidatur: quia essentia communis remanet indiuisa, sed oportet quod ipsa distinctione constituent res distinctas. Sic autem relationes vel proprietates distinguunt vel constituent hypostases vel personas, in quantum sunt ipsae personae subsistentes, sicut paternitas est pater, & filiatio est filius, eo quod in diuinis non differunt abstractum & concretum. Sed contra rationem originis est, quod constituat hypostasim vel personam. Quia origo actiue significata significatur vt progrediens a persona subsistente, vnde praesupponit eam. Origo autem passiue significata (vt natiuitas) significatur vt via ad personam subsistentem, & nondum vt eam constituens. Vnde melius dicitur quod personae seu hy-

Postquam in 1. p. tom. 2.

postases distinguantur relationibus quia per originem. Licet enim distinguantur vtroque modo, tamen prius & principalius per relationes secundum modum intelligendi. Vnde hoc nomen, pater, non solum significat proprietatem, sed etiam hypostasim. Sed hoc nomen, genitor vel generans, significat tantum proprietatem. Quia hoc nomen, Pater, significat relationem, quae est distinctiua & constitutiua hypostasis. Hoc autem nomen, generans vel genitor, significat originem, quae non est distinctiua & constitutiua hypostasis.

Ad primum ergo dicendum, quod personae sunt ipsae relationes subsistentes. Vnde non repugnat simplicitati diuinarum personarum, quod relationibus distinguantur.

Ad secundum dicendum, quod personae diuinae non distinguuntur in esse in quo subsistunt, neque in aliquo absoluto, sed solum secundum id, quod ad aliquid dicuntur. Vnde ad earum distinctionem sufficit relatio.

Ad tertium dicendum, quod quanto distinctio prior est, tanto propinquior est unitati. Et ideo debet esse minima. Et ideo distinctio personarum non debet esse nisi per id quod minimum distinguit, scilicet per relationem.

Ad quartum dicendum, quod relatio praesupponit distinctionem suppositorum quando est accidens: sed si relatio sit subsistens non praesupponit, sed secum fert distinctionem. Cum enim dicitur, quod relatiui esse, est ad aliud se habere: per ly aliud, intelligitur correlatiuum quod non est prius, sed simul natura.

Conclusio est, persona diuina relationibus constituitur, & distinguuntur.

DISPUTATIO CLVIII.

Utrum personae diuinae relationibus constituantur, & distinguantur, an absolutis proprietatibus.

In personis non esse proprietates quibus distinguantur, & constituentur, docuerunt Praepositus, & Gregorius. cap. 1.

Refellitur praecedens opinio. cap. 2.

Personas diuinas constitui, & distinguere proprietatibus absolutis senserunt Ioannes & Ripa, & Scotus. c. 3.

Eisdem personas distinguere originibus, censuit Bonauentura. c. 4.

Personas diuinas constitui, & distinguere solum relationibus verior sententia est, c. 5.

Arguit Scotus contra praedictam opinionem ex comparatione relati cum relationibus. c. 6.

Argumenta Scoti petita ex ratione principij constituentis. ibi. c. 7.

Aa 2 CAP. I.